




V
B
J
C
589557–560
III
Mag. St. Dr.

Orbis pictus.

Vermes


Marini





JACOBUS THEODORUS KLEIN
Secr. Civ. Gedan.
Reg. Soc. Angl. Sodalis.
Aet. LIX.

Sysang sc. 1743. Lips.



SCIAGRAPHIA LITHOLOGICA CURIOSA,

SEU:

LAPIDUM FIGURATORUM NOMENCLATOR,

OLIM

A CELEBRI

JOH. JAC. SCHEUCHZERO,

MED. D. MATH. PROF. TIGURINO; ACAD. LEOPOLD. CAROL. SOCC. REGG. ANGLIC. ET BORUSS. SODALE.

IN GRATIAM AMICI CONSCRIPTUS;

POSTMODO

AUCTUS & ILLUSTRATUS

A

JAC. THEOD. KLEIN,

PRÆMISSA

EPISTOLA

DN. MAUR. ANT. CAPPELLER

M. D. ET CENTUMVIRI LUCERNENS.

DE

STUDIO LITHOGRAPHICO;

DE ENTROCHIS & BELEMNITIS;

CUM ADDITIONIBUS ET FIGURIS.

GEDANI, MDCCXL.

TYPIS THOMÆ JOHANNIS SCHREIBERI,

SENATUS ET ATHENÆI TYPOGRAPHI.

* *

* * * *

Cic. Lib. V. de finib.

Omnia ſcire, cujuſcunque modi ſint, cupere, curioſorum eſt; duci vero majorum rerum contemplatione ad cupiditatem ſcientiæ, ſummorum virorum eſt putandum.



ILLUSTRI.
MAGNIFICO. CONSULTISSIMO. DOMINO.
DOMINO.
JOANNI. HENRICO.
AB. HEUCHER.
SERENISSIMI. REGIS.
POLONIARUM.
ET.
ELECTORIS.
SAXONIÆ.
CONSILIARIO. AULICO.
ARCHIATRO.
REGII. THESAURI.
RERUM. NATURALIUM.
ET.
SCIENTIARUM.
ANTISTITI.
FAVENDO.
ET.
AMANDO
OPTUMO.

HISTORIÆ. NATURALIS.
CUMPRIMIS.
STUDII. LITHOGRAPHICI.
PROMOTORI.
POSTULATUM.

NOMENCLATOREM. LITHOLOGICUM.

DEBITÆ. OBSERVANTIÆ.
TESTEM.
CUM. OMNI. PROSPERITATIS.
VOTO.
SUBMISSE.
DICAT.
COMMENDAT.

J. TH. KLEIN.

PRÆ-

PRÆFAMINIS
LOCO
EPISTOLA
EXCELLENTISSIMI
M. A. CAPPELLERII
AD
DESIDERATISSIMUM
J. J. SCHEUCHZERUM.
ANNO 1729.



Si completam haberemus Hiſtoriam Animalium (a) naturalem, totum illud qvod noſtris temporibus maxime invigeſcit *Lithographicum ſtudium*, circa Originem figuratorum lapidum occupatum, concideret, cum non niſi Corollarii inſtar eſſent Animalium petrefactæ Exuviæ ad eorum Prototypa, &, uti vocamus, Originalia; cumqve inqviſitio figuratorum lapidum originis, ob defectum plenioris Hiſtoriæ naturalis, non alia qvam methodo a poſteriori fieri poſſit, mirum non eſt, tam multas & varias opiniones de eorum ſubjecto audire. (b)

Vellem vera eſſent, &, ſi vera ſunt, ut ad Scientiæ naturalis augmentum applicarentur, qvæ nuper Novellæ publicæ nuntiarunt: Urinatoriam ſcil. artem, qvam jam ante 40 annos novis inventis adauxit CORNELIUS MEIER Batavus & Ingeniarius Romanus, eo provectam eſſe, ut tribus horæ qvadrantibus ad novem Orgyarum profunditatem ſub

 aqvis

(a) Imo & Plantarum marinarum.

(b) Huc qvadrat effatum Celeb. *Reaumurii in Libello memor. Soc. R. Sc. 1723 p. 276:* „En phyſiqve, qvand on ne veut qve du certain, il faut ſe contenter de peu.„

aqvis Urinatores morentur, qvodqve non ſolum ſubmerſas a voraci Oceano Gazas extrahant, ſed & a fundo maris, qvibus numeroſiſſime horti ad inſtar obſidetur, Plantas in auras deferant. (c)

Verum, usqve dum Oceani Abyſſi hoc modo perluſtrentur, & ex alto pelago Spolia muſeis faſciatim inferantur, neceſſe eſt, ut ipſa Hiſtoria Animalium marinorum, qvæ hucusqve hominum manus ſubterfugerunt, a foſſilibus hiſce incrementa ſua capiat: qvod adeo abſurdum mihi non videtur, cum inter vera animalia marina & eorum petrefacta corpora vix major differentia ſit, qvam eſt inter recens animalis Cadaver & inter mumia conditum.

Propterea peſſime infertur, hoc illudve Foſſile figuratum non eſſe ab Animale, ex eo, qvod in hunc usqve diem nullum ei ſimile animal repertum fuerit; etenim firmiter credo, magnam, ne dicam majorem, Creaturarum marinarum partem in hominum cognitionem nondum perveniſſe, imo plurimorum vix unqvam perventuram, cum locis habitent adeo profundis & remotis, a qvibus nullo modo avelli, & eouſqve deferri poſſint, ut integra, vel ſaltem potiſſima parte illæſa incorruptaqve in noſtros oculos perveniant.

Deinde, non adeo abſurda mihi conjectura videtur, ſi diceremus, multas animalium marinorum ſpecies, plantarum qvoqve non exceptis, hodie non amplius exiſtere (d), qvæ qvondam & inprimis ante Diluvium

---

(c) Qvamdiu olim ſub aqva manere potuerint Urinatores eorumqve modum vivendi ſub aqvis vid. *Epit. Transact. Philoſ. Angl. III, 617 & IV, 419;* Campanam autem urinatoriam vid. *Voluminibus ipſis Transact. XXXI. 177, & XXXIX, 377. 381.*

(d) Si qvis immediate antecedentia, nec non ſubſeqventia inqviſite perpendere dignabitur, haud difficulter deprehendet, humaniſſimum Autorem egregiæ hujus Epiſtolæ ex hypotheſi aliorum, qvorum conjecturas abſonas pronuntiare noluit, hoc loco locutum eſſe, imo & aliunde perſvaſi ſumus, qvod nobiscum ſentiat, nullam ſpeciem rerum creatarum in Diluvio interiiſſe, nec interituram, qvamdiu terraqveum globum non mutaverit dies extremus. Qvin imo DEus Sapientiſſimus non omnia, ſed varia animalia pedata & reptilia, **allerley Vieh, Vögel und allerley Gewürm** *Gen. VI. 19. 20* Arcam ſubire juſſit, qvæ nimirum extra Arcam ſine ſingulari miraculo non fuiſſent conſervata in Diluvio, vel eorum ſemina, **auf daß Saamen lebendig bleibe auf dem gantzen Erdboden**, *Gen. VII. 3;* Reliqva, qvæ intellexit, ſupereſſe poſſe vel eorum ſeminia in turbidis aqvis, univerſali ſua amplexus eſt providentia, & qvæſo: unde poſt Diluvium Libellæ, Ephemeræ innumeræve microſcopicorum animalculorum terreſtrium æqve ac aqvatilium, imo ſeminum Plantarum multitudines ſpecie diverſæ? qvorum pleraqve oculos noſtros ſubterfugiunt; ne dicam de piſcium, piſciculorum, Amphibiorum, Teſtaceorum, cruſtatorum aliorumqve marinorum animalium myriadibus, qvorum alterutra Arcam ſalutiferam non ſubierunt, ſed expoſita manſerunt omnia Æſtubus Diluvianis ſumme nocivis. Interim, qvod Clariſſ. Autor mox innuit, multa ſucceſſive in apricum & conſpectum hominum ventura, qvæ a retro ſeculis ætas vel ignoravit, vel pro rebus habuit in fatali cataſtrophe deperditis.

vium fuerunt. Qvas etenim everfiones, deftructionesqve primævæ fuperficiei terræ, & præcipue fundo marino, iftorum Animalium domicilio, intulerit diluvium, ruinofa montium facies eorumqve ftrata diruta, abrupta, diftorta &c. marinis hifce cadaveribus plena alicubi, etiamnum commonftrant; ita, ut facile accidere potuerit, Seminium plurimorum in illa qvoqve devaftatione interiiffe (e); nec enim in facris paginis legimus, ea etiam Arcam fubiiffe.

Qvod cum ita fit, mirum non eft, qvod circa plurima figurata lapidea conjecturis certetur, & licet difficile fit, veritatem omnino attingere circa plurimorum ejusmodi foffilium originem, non propterea meditationes circa illa fufpendendas arbitror, usqve dum eorum Prototypa, fi adhuc in rerum natura exiftant, compareant, & hæcce ænigmata folvant; qvod fi non noftris modo temporibus contingat, haud defperandum tandem; fortaffe

venient anni
qvibus oceanus
vincula rerum
laxet, & ingens
pateat tellus
Typhisqve novos
detegat orbes

fubmarinos.

Inprimis

(e) Ita videri poffet; qvippe ex inenarrabili multitudine rerum fubmarinarum, ab incunabilis mundi ad usqve diluvium promota, montes conchiferos &c. obortos qvidem dixeris, attamen vix ac ne vix qvidem afferueris, feminium plurimarum ea propter interiiffe, qvin facilius, vel ex unico pare fuperftite, familiæ animalium fubmarinorum, ceffante qvadraginta dierum tempeftate, augmenta ampliffima recuperarunt. Nec vereor, me improbe loquuturum, fi dixero, qvod a Creatore Seminium Animalium, ante hominem creatorum, terraqveo globo, qvafi utero Animatorum & Inanimatorum, ante concreditum fuerit, qvam omnipotenter verba, qvæ legi poffunt *Gen. I. 20 & 24*, pronuntiavit; Nemo tamen exinde inferre præfumat, acfi iterata poft Diluvium intercefferit Creatio, ne vel unica fpecies neceffaria cujuscunqve generis & Animantium & Inanimatorum, forte deperdita, deficeret in omne ævum poft-diluvianum; imo, non legimus, pœnituiffe DEum reliqvorum operum fuorum, fed folummodo fceleratorum hominum, qvos creaverat ad imaginem fui; adeo follicitaverunt juftiffimam Creatoris vindictam perverfæ Creaturæ ratione præditæ. Et qvid demum obftaffet, qvo minus in undis fupereffe potuiffent feminia animalium, fi mentis oculis profeqvimur inprimis plures Alitum multitudines, qvæ qvam diu fuerit hiems, in undofis latebris fefe occultant, unde originem primævam fumfit omne volucrum Genus; Cæterum nullum inveniunt locum fortuiti cafus contra Providentiam DEI Creatoris, in cujus confpectu funt omnia & detecta.

Inprimis vero hodie inveſtigatio duorum Foſſilium exercet Eruditos, *Entrochorum* videlicet & *Belemnitarum;* de qvibus varias qvotidie videmus in publicum promi ſententias. Nolo diſceptationes clariſſimorum Autorum, eorumqve opinionum, hiſtoriam in Republica litteraria ſatis notam, recenſere; ſed cum in eo ſeculo vivamus, ut qvivis pro modulo ſuo, dummodo modeſte id fiat, libere philoſophari & ſentire poſſit, veniam mihi dabis, Vir Excellentiſſime, ſi meditatiunculas meas de duobus hisce Foſſilibus Tibi expoſuero:

Et primo qvidem, qvod ad *Entrochos Trochitasqve*, qvi priores veluti per Phalanges conſtituunt, attinet, nullum mihi dubium ſupereſſe videtur, membra eos eſſe STELLARUM MARINARUM, qvemadmodum jam aliqvi ex Anteſignanis recentioris Lithologiæ pronuntiarunt.

Cum vero Entrochorum Trochitarumqve configurationis non una occurrat varietas, varias itidem ſpecies animalium, a qvibus proveniunt, dari, vel ſaltem qvondam exſtitiſſe arguitur.

A duabus autem præcipue Stellarum marinarum ſpeciebus magnam eorum partem provenire, colligere licet ab ipſis Stellarum reliqviis, qvarum qvidem unam ſpeciem ſatis integram, cum totum ejus Cadaver petrificatione conditum occurrat, habemus, ſed ejus prototypon ex mari hucusqve allatum non eſt. Altera eſt, cui non adeo abſimile originale marinum oculatiſſimus qvondam RUMPHIUS detexit (f), ſed cujus integrum ectypum inter foſſilia nondum repertum eſt.

De hoc primo loco dicam, eſtqve ſtellæ marinæ illa ſpecies, qvam ob innumeros cirros & ob alias item ſimilitudines, ut mox videbimus, *Caput Meduſæ* vocamus:

Componitur autem non unico animali, ſed plura ſimul per pediculos, ceu funibus, invicem intertextos & accretos connexa ſunt: eaqve animalia his pediculis ſuſtentata haud multum diſſimilia eſſe a Stellis arboreſcentibus GESNERI ex Ven. HIEMERI figura patet: qvas qvidem iſte flori cuidam aſſimilat.

Cum itaqve tot veluti capita habeat, totidemqve ora, qvot animalia pediculorum extremitatibus inſunt, non immerito Capitis meduſæ, qvod angvibus loco capillorum horridum antiqvitas finxit, nomen huic concremento plurium animalium inditum fuit: qvemadmodum murium ille monſtroſus Rex hoc nomine etiam inſigniri poſſet.

Eſt autem ſtellis hisce arboreſcentibus pediculis ſuis ſuſtentatis & invicem connexis ea natura, ut innumeris ſuis ramis ceu manibus eſcam apprehendant, ſtringant, oriqve qvod in Centro hiat, admoveant.

Et

(f) Duo ejusdem Archetypa habemus, alterum in liqvore; alterum ſiccum; Rumphius vel potius *Halma ad Rumphium p.* 42 circiter 81840 articulos ſive Trochitas hujus numeravit animalis.

Et qvia his animalibus, ſi ad fundum maris duntaxat jacerent, alimonia non adeo promta eſſet, qvæ ſine dubio ex natatilibus, videlicet variis piſciculis, eſt, dedit eis ſumme providus naturæ Auctor pediculos, qvibus in altum attollerentur, & tantisper fluctuarent, ut vel ita piſciculos, qvi in prædam cederent, commodius aſſeqvi poſſent, vel ſub plantæ alicujus marinæ ſpecie fallerent, qvemadmodum ejusmodi ſtratagemata marinis animalibus, aliisqve etiam, non infreqventia ſunt.

Succedente porro animalium horum per ſeminium propagatione, accidit, ut, qvæ ſuccreſcunt, a fundo maris altius tolli geſtiant, propterea formatis jam adultorum pediculis ſeſe affigant, ubi & ipſa ſucceſſiva articulorum, trochitarum nempe, generatione tandem longiores pediculos ſortiuntur, ſicqve ramoſum plurium ſtellarum veluti funibus connexarum concrementum efficiant.

Plus qvam freqventer vero accidere debet, vel ob undarum agitati maris, vel ob prædæ majoris ſeſe defendentis aut alias injurias, niſus atqve impulſus, ut pediculi ſeu funes illi Entrochorum, cum, qvemadmodum reliqvæ ſtellæ, nulla exteriore cute veſtiantur, ideoqve infirmiores facile abrumpantur (g), qvi cum interiorem eorum canalem pervadente filo, qvod vitæ animalis particeps eſt, præditi ſint, ope nutrimenti illac devecti, qvod oſſiculorum ſeu trochitarum generationi deſtinatum eſt, alio pediculo cum eundem attigerint, accreſcunt, ex qvo fit, ut funiculi pediculorum invicem connectantur, & retis alicujus veluti figuram conſtituant.

Patet ex hoc, qvantus Trochitarum numerus ad unicum hujusmodi concrementum plurium ſtellarum concurrat, ut itaqve mirum videri haud debeat tanta freqventia eos in qvibusdam terræ ſtratis diſperſos reperiri, maxime ſi animalia hujusmodi ſatis velociter incrementa ſua capiant, vel ſi longæva ſint & diu admodum creſcant.

Tranſeo jam ad alteram ſtellæ marinæ ſpeciem, qvam pro origine ſua etiam agnoſcunt Trochitæ. Eſt ea cujus Cadaver petrefactum *Lilium lapideum*, ob aliqvalem cum hoc flore nondum expanſo, ſimilitudinem, ſeu *Encrinum* vocant. Tibi, Vir Excellentiſſime in Phyſica ſacra

(g) Dixerim: Entrochos Capitis Meduſæ omnino habere cutem exteriorem, qvaſi membranaceam. Sic innumera foraminula, qvæ circum circa Entrochos foſſiles Gothlandicos apparent, & cum canalibus medium articulationum ſive Trochitarum perforantibus communicationem habent, vel ſucciferi in cutem, vel vice verſa ex cute exteriore in canalem, velut in ſpinam animalis, fuere ductus, vel forte meatus proceſſuum, qvi a Trochitarum ligamentis cuti cohærentibus dependerunt; imo in plurimis ramis cutis, optime diſtingvi poteſt ab Entrochis ipſis petrefactis.

venit ſub nomine *ſtellæ marinæ Capitis:* aliis qvemadmodum - - - - KLEINIO ENTROCHUS RAMOSUS dicitur. (h)

Qviscunqve hujus Cadaveris figuram (elegantiſſimam exhibuit nuper Clariſſimus HARENBERGIUS) attentius examinaverit, animalis illud regni fuiſſe facile deprehendet, nullusqve dubitabit, Stellæ marinæ XX radiorum ſpeciem eſſe: qvæ qvidem ad baſin pentagonam, aliis oſſiculis veluti metacarpi circumdatam, primo qvinqve radios more vulgarium ſtellarum, habeat, qvi radii mox diviſi decem alios conſtituant, & hi denuo fiſſi ac crenati in viginti demum abſcedant.

Præſtant hi radii id ipſum officium, qvod prænominatæ ſuperius ſtellæ arboreſcentis rami, & cæterarum ſtellarum brachia: ad eſcam videlicet comprehendendam, & in medio conſtituto ori admovenadm.

Inſtructa eſt & hæc pediculo Trochitarum articulationibus conſtante, qvo fundo maris adnata eſt: Et ſi contingit, ut ab aliqva injuria avellatur, nutrimenti per pediculi medium canalem circulantis ope, iterum dum abrupta pediculi extremitas fundum aptum attigerit, novas veluti radices agens, accreſcit.

Exhibet laudatus HARENBERGIUS radicem minoribus Entrochis, juxta prægrandis truncum conſpicuam, ex qvo concludimus pro mole corporis, dum juniores ſunt ſtellæ, minores trochitas jungere, ſi adultæ, majores.

Ex eo etiam inæqvales ſunt in uno eodemqve pediculo Trochitæ magnitudinis, qvod animal vel ad libitum ſuum, vel pro copia alimenti, prout eſca advenerit, modo majores, minores modo articulos efformet.

Trochitæ autem, qvi recenter & indies ſuccreſcunt, ſunt illi, qvi baſi pentagonæ proximi ſubjacent.

Miror Doctiſſimum HARENBERGIUM, marinam hanc Creaturam ad Regnum vegetabile amandare, cum tot articulationes tum in pediculo tum in radiis ſatis demonſtrent, inſtar vegetabilium haud creſcere. Deinde ſi ad ſtructuram reliqvam attendimus, nullam analogiam reperimus radiorum hujus ſic dicti Lilii cum petalis alicujus floris. Perpendat velim alia ejusmodi animalia in mari reperiri, qvæ inter ea ſunt, qvorum ab ipſo citatus OLAUS MAGNUS meminit, deſcriptione qvidem ſatis obſcura:

(h) Vehementer doleo, qvod *Matrona Vidua Amici*, præmatura morte anno 1734 præventi, plurimorum Entrochorum ramoſorum &c. Gothlandenſium figuras, pie defuncto olim a me eum in finem transmiſſas, ut ipſe abſolveret, qvod intendebam, *Opus de Stellis marinis petrefactis*, poſtea autem iteratis vicibus, demumqve intercedentibus virorum graviſſimorum precibus repetitas, hucusqve, ſub levi qvidem prætextu, mihi recuſaverit. Illis, tali fato, orbatus, trium Encrinorum, qvas reaſſumere potui, icones huic Epiſtolæ ſubjungam, ſpeciminis loco; Forte uberiorem meſſem alia vice in publicum expoſiturus.

ſcura: qvibusqve adnumeres alia ſic dicta Zoophita, qvalia ſunt Arantio marino IMPERATI & ejusdem Vermichiara Ritusa: & forte qvam plurima alia, qvorum hucusqve cognitio ad nos nulla pervenit.

Nec inter Corallium articulatum, ſi qvis vellet, & ſtellam noſtram nulla poteſt inſtitui comparatio; (i) attendat utrorumqve organi rationem: qvam non diverſa apparebit.

De *Belemnitis* demum hæc mihi ſententia eſt, qvod ad *Holothuriorum* genus ſpectent; ad Teſtacea enim ex eo referri vix poſſunt, cum nunqvam teſtis inveſtiti occurrant: qvare nec Tubulos pro eorum origine agnoſcendos, nec ſolenum cadavera eſſe credo.

Multo minus dentes piſcium aut Crocodilorum eos autumaverim (k); fibrarum enim longe alia, qvam in dentibus videmus, ſtructura, qvæ luculenta eſt in Belemnitis, id neqvaqvam admittit: nihil de fragilitate eorum dicendo, qvæ ſatis innuit elixa, pultem pappamve illos duntaxat mandare aptos fore.

(i) Vid. *Helwing. Lith. Ang. Parte II. p. 119;* multominus cum *Beaumontio*, aliisque, lapides ſui generis eſſe velim, vi plaſticæ tantum non tribuens, ut Entrochorum Sylvas ſubterraneas ſua virtute & induſtria plantatas credam. Res altioris foret indaginis: unde tempore diluvii miranda animalia, qvæ dicuntur Capita meduſæ, in regiones noſtras delata, vel utrum tempore diluvii jam fuerint, eorundemqve archetypa adhuc ſint maris Balthici pelagia. Non temnenda Celeberr. *Scheuchzeri* conjectura in *Oryctographicis & in Epiſtola reſponſoria ad Rev. Hiemerum*, ſcilicet: „Helvetiam cum magna forte parte Germaniæ ante Diluvium mare fuiſſe, in cujus fundo & Cornua ammonis, & ſtellæ „marinæ, Echini aliaqve Teſtacea fuere, qvæ hodie nunqvam, vel rariſſime littora ſalutant, neqve tempeſtatibus furentiſſimis locis ſuis naturalibus amoveri ſe patiuntur;„ Cui meam addere liceat, nimirum: Mare noſtrum ſingularibus capitibus Meduſæ (prout mare Caſpium clauſum, vid. *Halma ad Rumph. ſupra alleg.*) pelagiis abundare; qvod eo libentius credam, qvo major & plane ſtupenda in ipſa Inſula Gothlandia (qvæ forte non aliter, qvam plurimæ Inſulæ in pelagis oriri ſolent, ſuam habuerit originem) Entrochorum & ſimplicium & ramoſorum copia reperitur. Et qvid dicendum de Lithophytis Gothlandicis, ex qvibus ſimul tota inſula qvaſi compoſita, inſolitæ molis, ſpecie a multis, in hiſtoria naturali qvæ proſtant, diverſis, vix ac ne vix qvidem immutatis, vel plane non? imo inſpecie de Coralliis ita dictis catenulatis ad littora in undis vel decem pedes in longum & latum vegetantibus? Ejusmodi argumentis, non de nihilo deſumptis, inducor in conjecturam; Lithophyta talia in Pelagi noſtri vel cryptis, vel in fundo vegetantia foveri, cum qvibus una cum Stellis marinis, ſurrexit ex incunabilis ſuis feraciſſima Entrochorum, plantarum aliarumqve rerum marinarum inſula Gothlandia. Maneat hæc conjectura tamdiu non refutata, qvoad, induſtria & auxiliis *Marſilliorum*, non prodierit Maris Balthici MAPPA SUBMARINA.

(k) Vid. *Bourguet lettres philoſoph. ſur la format. des Sels & des Cryſtaux pag. 10.*

Holothuriorum autem, infimi ordinis animalium, qvæ propterea inter Zoophitorum Claſſem repoſuerant Naturaliſtæ Belemnitides cadavera petreficatione, ceu mumia, condita eſſe, ſuadet potiſſimum eorum configuratio.

Sunt autem Holothuriorum, etiam qvas cognoſcimus ſpecies, multivariæ: Oblonga, Cylindrica, qvæ pudenda marina vocamus, ventricoſa, globoſa, pyriformia, & aliter figurata, qvorum omnium cadavera non adeo freqventer occurrunt, niſi lapidem Bononienſem inter ea recenſere, forte non ſine rationibus, volueris.

Belemnitas autem cylindraceorum, & eorum, qvæ huic figuræ affines ſunt ſuperſtitis reliqvias autumo, ex eo potiſſimum, qvod Holothuria ſimpliciſſimæ organiſationis animalia juxta fibras, alias in circulum alias ad circumferentiam perpendiculariter diſpoſitas, qvod ex eorum ſimplici illo contractionis motu & actione ejaculatoria deducimus, multo humore turgeant, eoqve ſalſo: cui ſi petrificantes particulæ ſeſe immiſcuerint, tandem ſolidentur in ea, diaphaneitatem qvandam affectantia, corpora, qvæ lapidem referant Belemnitam.

Hinc etiamnum in eo fibrarum illarum manifeſta veſtigia occurrunt, & hinc cum igneſcunt ob animalis ſuperſtitem & fixatum humorem ſulphure abundantem grave, cornua, oſſa & urinam felinam olent, ex qvo etiam ſuſpicio oriri poteſt, ſaltem aliqvas Belemnitarum ſpecies ad Phoſphorum parandum non ineptas fore; nam pro lapideſcentis materiei natura varia eorum ſubſtantia qvoad calorem, duritiem, calcinabilitatem &c, deprehenditur, pro locorum, in qvibus colliguntur & petrefacti ſunt, varietate.

Porro cum aliqvi ex Belemnitis tota ſua longitudine ample magis minusve perforati reperiantur, aliqvi non item, ſed ad centrum uſqve ſeu mediam axis lineam ſe jungant, plerumqve tamen conicam cavitatem ad alteram extremitatem oſtendant, facile patet, animalis diverſa actione hoc factum eſſe; cum enim tota longitudine pervius eſt lapis, circulares fibras laxabat animal, ut transverſalibus brevioribus factis, per omnem ejus ſic adapertam cavitatem ſuccus alimenti diffunderetur; e contra cum easdem fibras annulares conſtringebat in poſteriore ſui corporis parte, anteriores autem laxabat, cavitatem duntaxat in anteriori parte efficiebat, ut nutrimentum veluti ſuctione attraheret. Hinc etiam eſt, ut ſæpe numero in hac cavitate Teſtacei ſpecies ex concameratorum claſſe reperiatur, qvæ alveoli hucusqve, ſed minus proprio, nomine inſignita fuit, cujusqve ſine dubio vel carne, vel in cellulis contento humore per ſuctionem, cum ſiphunculo perforata ſit teſta, valida ſuctione frueretur.

Suctionem vero hujusmodi animalium validam & fortem eſſe, a contraria actione apparet, a vi nempe ejaculatoria Holothurii propria,

qva

qva intra corporis ſui cavitatem contentum humorem non aliter, qvam ſi ex ſyringa fieret, fibrarum ſuarum actione longinqvius projiciunt, qvod illis ſine dubio ob duplicem cauſam tribuit natura; primo qvidem, ut ſe hoc modo de loco in locum impulſu ejaculati liqvidi in ambientem aqvam maris promovere poſſent, cum ad natatum & ad greſſum membris deſtituerentur: ſecundo, ut inſidiantia & inimica illis alia animalia tetri & infecti humoris qvalitate arcerent & repellerent. (l)

Cum ex his, qvæ de Belemnitis Trochitisqve ſentiam ſatis perſpexeris, Vir Excellentiſſime, plura brevitati ſtudens adducere, ne patientia tua abutar, nolo. Interim, ſi quid ſiniſtri ineptiqve propoſuerim, ut certe multa, æqvi boniqve pro humanitate tua & amicitia, qvæ verſus me ſumma eſt, conſule. Vale &c.

(l) Qvid doctiſſimæ & conſiliis inſtructiſſimis abundanti huic Epiſtolæ adderem, non habeo, niſi qvod omni obſervantiæ cultu ab Humaniſſimo Autore veniam poſtularem, qvod ſine ejus præſcitu meditationes has ſummopere gratas acceptasqve, olim a Deſideratiſſimo Scheuchzero mecum communicatas, publicaverim; hanc eo tutius me impetraturum confido, cum diutius mihi temperare non potui, qvin mecum fruatur reſpublica literaria ipſius reſolutionibus illorum argumentorum, qvæ hactenus circa intricatiſſimum in Lithographicis par de *Entrochis* nimirum & *Belemnitis* in medium prolata. Ubi involuta obſcuritate cauſa latet, probabilitate tenebras illuſtrare qvodammodo, ſufficit.

Supereſt, ut Syllabo promiſſas figuras *Encrinorum* Gothlandenſium explicem.

Fig. 1. A. Encrinus ſive Stella Gothlandica lapidea, & radiis ſive digitis & oſſiculis qvaſi metacarpi imo & pediculo ex trochitarum articulationibus, diverſa ab encrinis hactenus notis.

B. Pars averſa.

Fig. 2. Similis metacarpus præcedentis ſtellæ.

Fig. 3. Differt & digitis & oſſiculis a figura non ſolum 1 A, ſed qvoqve a figura 4.

Fig. 4. A. Differt a reliqvis, præſertim oſſiculis metacarpi rhoditis, ſive alte denſe, & in figuram roſulæ radiatis.

B. Pars averſa.

NOMENCLATOR LITHOLOGICUS.

Augmenta Asteriscis * * sunt notata.

A.

* ACANTHIODOS; Galei Spinacis vel Acanthiæ Rondeletii dens fossilis *Luid. Lithoph. Brit. n. 1417.* Vid. *Lucernaria. Rhombiscus.* *

ACHATES, Αχάτης, Achatstein, Agathstein, Agstein, Augstein. Agata & Achate Ital. & Hisp. notissimus est; inter lapides pretiosos majores vulgatissimus, tunc demum huic nostræ figuratorum Classi inferri meretur, ubi qvid in eo natura depinxit, qvod vel plantas vel animalia &c. refert, uti: Cerachates *Plinii H. N. L. 37. c. 10*, qvando lineis suis & maculis cornu refert, explicante ita *Wormio Mus. p. 96.* ex *Agricola de Nat. foss. Lib. 6. p. 303.* Dendrachates, velut arbuscula insignis, *Plin. l. c.* qvi δενδρόφιλον πέτρη καὶ Δενδρείεις ἀχάτης nuncupatur *Orpheo de lapidibus p. 202. 203.* Achates, qvæ reddunt species fluminum, nemorum & jumentorum, etiam esseda & staticula, & eqvorum ornamenta, *Plin. l. c.* Achates illa Pyrrhi, in qva IX. Musæ & Apollo Citharam tenens spectarentur, non arte sed sponte natura, ita discurrentibus maculis, ut Musis qvoqve singulis sua redderentur insignia, *Plin. Lib. 37. c. 1*; magis adhuc rarissimum illud & pretiosissimum Invictissimi Imperatoris κειμήλιον, qvod ipsa rerum natura Christo, tanqvam DEo & Creatori suo dedicasse videtur in hunc modum: B. CHRISTO. R. S. XXX, hoc est, interpretatione *Lambecii Biblioth. Vindebon. L. I. p. 25.* BEATORI ORBIS, vel GENERIS HUMANI, XRISTO REGI SEMPITERNO TRIUNO CRUCIFIXO * Vid. *Mylium Sax. Subterr. I. p. 28.* — *Rumph. Mus. p. 287.* de Achate cum inclusa musca — *Kundmanni rariora Nat. & Art. passim.* Achates Polonis: Achatek. De Pseudo Achatis conf. *Lapis corneus.* *

ACICULA lapidea, *Aculeus Luid. l. c. p. 45*, qvi refertur ad Crustacea punctulata, & speciatim ad Echinorum partes; vocatur etiam Radiolus lævis, ad differentiam lapidis Judaici, qui est inæqvalis sive asper, * & clavicula audit *Klein. Natur. Dispos. Echinod.* *, Trochites, figura penis absqve præputio, *Lachmund. Oryct. Hildesh. p. 54. 55.* * *Kl. de Acul. Echin. l. c.* * Rhyncholithos, Amsel Schnäbelein, *Mus. Braxenhoff. p. 8.* * Rhyncholitus ex Glossopetris *Aldrov. Mus. Met. p. 607.* Rincolitus alius. Acicula lapidea Polonis: Ość vel Igiełka kamienna. *

ACU-

* ACULEATI LAPIDES f. *Aculeoferi ;* rotundi, fere depreſſi, in cavitate aculeis materiæ cryſtallinæ repletis; *Mercati Metalloth. p. 270.* vid. *Lapis aculeatus.* ⁎

* ACULEI ECHINITICI vid. *Judaicus lapis. Lapis Judaicus. Radius.* conf. *Rajæ Cauda.* ⁎

* ACULEOFER LAPIS vid. *Aculeati lapides.* ⁎

ACULEUS vid. *Acicula.*

* ADARCE; inter foſſilia multum occurrit. Dicitur ſpuma qvædam ſubſalſa in maritimis locis, præſertim qvæ ab unda modo abluitur modo reſtituitur, & in exſiccatis paludibus circum arundines concreta colorem flori lapidis Aſii ſimilem habet; *Mercati Metall. p. 112. Imperato* Porus angvinus Adarce dicitur *Jo. Bauh.* Græcis Αδάρκη: Arabis: Adarchi, Atharachi vel Adaracha. Polonis: Piáná trzćinna. ⁎

ADIANTHUM ALBUM f. *Ruta muraria* lapidi impreſſa. *Luid. l. c. p. 108;* * Polon. Włoſki Panny Maryey. ⁎

ADIANTITA, qvi Adianthum verum, f. Coriandri foliis *C. B.* pulcherrime refert; * vid. *Scheuchz. Diſſert. de Dendritis &c. p. 61.* ⁎

ADLER-STEIN, v. *Ætites.*

* ÆGAGROPILÆ ſimilis lapis. Haar-Ballen-Gemſe-Kugelförmiger Stein. ⁎

ÆGOPHTHALMUS v. *Ommatius ;* * polon. Koziook. ⁎

AETITES, ἀετίτης; Aqvilinus, Aqvilina, Aqvileus lapis; *Ital.* Aquilina, Pietra d'Aqvila; Pietra Aqvilina; Ethite; *Gallis.* Pierre de l'Aigle. *Hiſp.* Pietra del Agla. *Svec.* Ornaer Steen. *Danis.* Hiornaſteen. *Angl.* Eagleſtone. *Belg.* Adlerſteen, Arenſteen. *Germ.* Adler-Stein, Klapper-Stein. * *Polon.* Orlicy kamień, kamien orli. ⁎ Lapis eſt inter nobiliores, imo gemmas ipſas, veteribus relatus, qvod in nido Aqvilæ reperiri, & raras vires poſſidere creditum fuit; ad figuratorum Catalogum relegandus, qvia figuræ eſt, ut plurimum, rotundæ, vel oblongo-rotundæ. Singulares de hoc lapide extant tractatus: *Laurembergii* & *Bauſchii;* conſcripſit & *J. J. Scheuchz. Diſſert. de Ætite;* qvæ eſt in MSCt. * vid. *Enhydros.* conf. *C. G. Fiſcheri Par. I. lapidum in Agro Pruſſico.* ⁎

AETITES primus, *Plinii* / fœmina, *Schwenkfeldii* } v. *Geodes.*

* AETITO COLITES; Aetites ſimul membrum virile corrugatum cum teſticulis repreſentans *D. J. C. Kundmann Rar. Nat. & Art. p. 127.* & plures lapides figurati ad Aetitas ſive Klapper-Steine referendi *ibid.* ⁎

AGATA, / AGSTEIN, Achatſtein } v. *Achates.*

* AGO-

* AGORAIVOLE. vid. *Lapis Aculeatus.* *

* AGUESHELL, Angl. v. *Gryphites.* *

ALCYONIUM: qvod Nomenclatori huic inſeritur, non nativum illud eſt ad maris littora colligi ſolitum, ſed foſſile, marini æmulum, qvod inter lapides corallinos recenſet *Luid. Lithoph. n. 99.* * Alcyonii nomina & Etymologiam ejusqve differentias vid. apud *Mercatum Metalloth. p. 95. ſeq.* Dominus *Hans Sloane It. Jamaic. I. p. 50.* Spongias ſpurias ſeu duras appellat Alcyonia. — Les Alcyons ſont des plantes, qvi ont beaucoup de rapport aux Eponges; ils ſont composés de filamens ſemblables à de la Teille de Chanvre un peu ſouple, couverts d une eſpece d'écorce toute percée de petits trous dentelés &c. *Biblioth. Ital. Tom. I. p. 121 ex Merc. Metall.* conf. *Mercatus p. 97.* — *Pol.* Piáná morſka. *

* ALCYONIA forma ficus *Scheuchz. Spec. Lithol. f. 20. 21. 22.* ejusqve Patella lapidea ſunt fungi marini ſ. fungitæ foſſiles. *

* ALECTORII LAPIDES **ſind nichts anders als kleine Kieſelſteine, ſo die Hüner ꝛc. der Verdauung halber einſchlucken. Scheuchz. N. W.** — *Pol.* Kamień kapłoni. *

ALGA lapidibus impreſſa memoratur *Luid. p. 108.* * *Pol.* Poroſt w Kamieniu. v. *Phycites.* *

ALPFESCHT }
ALPSCHOSZ } vid. *Belemnita.*
ALPSTEIN }

ALVEATULA. Xyloſteon canaliculatum, *Luid. p. 79.*

ALVEOLUS, eſt foſſile figuratum Anomalum ſ. claſſis incertæ; *Luid. n. 1737.* Differt a lapide caudæ cancri ſ. Aſtaci fluviatilis *Gesneri de fig. lap. p. 167;* qvod hic qvidem conſtat e plurimis alveolis invicem inarticulatis, ſed non rotundis, verum inſtar caudæ Aſtaci hæmiſphæricis, tranſitqve per totam mediam longitudinem foramen, materia qvidem lapidea infarctum, qvod in tuberculum prominulum tandem deſinit. *Scheuchz. Spec. Lith. p. 7. 8. 9. fig. 10.* * *Pol.* Korytko. *

* ALVEOLI Belemnitarum v. *Belemnita;* conf. *Ehrharti Diſſert. de Belemn. Suev. Kl. de Tubulis marin.* *

AMMITES, *Hammites*, *Ammonites*, ex arenis ita componitur, ut ovis piſcium ſimilis videatur; *Boet. de Boot. Lap. & Gemm. c. 239.* Germ. **Rogenſtein**, **Ragenſtein**; * ſed perperam * Prout autem ova piſcium alia aliis ſunt majora ita variant qvoqve Ammitarum gradus & nomina. Vocatur alias * Oolithes D. Bruckmanno & Rappoldto, qvi originem ab ovis piſcium nobis perſvadere cupiunt; Clar. *Fiſchero* Oolithi fœturæ teſtaceorum petrefactæ videntur, qvanqvam difficile ſit determinare ſpecies

ſpecies horum maternas, ſecundum *Lachmundum Oryct. Hild. p. 37* Hammites ex arenis ita componitur, ut ovis piſcium, qvod ad figuram attinet, ſimilis eſſe videatur. De Piſis Bethlemiticis miraculoſis vid. *Rauwolffi itinerar. p. 449*, vid. *Stalagmites.* * Orobias, & Piſolithus, Piſa lapidea, **Erbsſtein**, qvi ſcil. ex aliis lapillis, piſi magnitudinem habentibus eſt concretus. Alius Meconites vel Cenchrites, qvia ſemina Papaveris vel Milii conglobata repræſentat — * Qvicqvid ſit, eandem cum Stalagmitis geneſin habent omnes. *Polon.* Kamień niezgorzyſty. *

AMMONIS CORNU v. *Cornu Ammonis.*

AMMONIS LAPIS. v. *Ibid.*

AMMONITES v. *Ammites.*

AMMONIUS LAPIS v. *Cornu Ammonis.*

AMMOSTEUS v. *Oſteocolla.*

* AMPHICONE v. *Erotylos.* *

AMSELSCHNAEBELEIN v. *Acicula.*

AMYGDALOIDES; Amygdali figuræ lapis; **Mandelförmiger Stein**, qvi Amygdalum refert; * vid. *Mylii Sax. Subt. I. p. 38. Pol. Migdałowy* kámień. *

* Ανδροκεφαλοιδής. v. *Zoomorphytæ.* *

ANGUILLA LAPIDEA proſtat in Calceolarii muſ. p. 421. * *Pol.* Węgorz kamienny. *Boh.* Duchanek. *

* ANOCYSTI v. *Cidares.* *

* ANOMIÆ CONCHÆ; plurimæ occurrunt in Lithologicis; ab *α* privativo & *νόμιος* legalis ſ. regalis; ſunt Diconchæ inæqvales, qvarum altera concha ſive valva alteram limbo ſuo emetitur. *

ANSULA ſ. *Cornicula Carcinopodii*, eſt inter Malacoſtraca foſſilia. *Luid. n. 1247.*

ANTHRACION; *Luid. n. 1564;* vocatur Xyloſteon atronitens, carbonis ad inſtar.

APARINÆ æmulum Lithophytum radioſum, locatur *Luid. n. 201* inter Lithophyta. * Acuratius loqvendo pertinet ad Phytholitha, qvæ ſunt plantæ terreſtres petrefactæ vel immutatæ lapidibusve impreſſæ; cum Lithophyta ſunt plantæ marinæ ſubſtantia corallina; licet Lithophyta iterum iterumqve a nonnullis plantæ marinæ vel corneæ ſubſtantiæ vel inter corneam & ligneam ambigentes vocitentur, qvæ tamen proprie ſunt keratophyta. *

APPENDICULA ASTERIÆ; The wizes of the Staerſtone, pertinet ad Stellarum foſſilium genus; *Luid. num. 1192.* * v. *Aſteriſcus.* *

AQVILEUS ⎫
AQVILINUS ⎬ v. *Aetites.*
AQVILINA ⎭

* ARACHNEOLITHUS ; v. *Bruckman. Epistola de Arachneolitho* v. *Araneæ icon.* *

* ARACHNOIDES audit Echinus, peripheria per anfractus circulari, ore rotundo in medio basis ; ano qvadrato in superficie peripheriæ proximo ; *Klein de Echinis p. 33* ; ubi fossilis obvius venit, hujus est loci. *

ARANEÆ ICON, Schisto Carbonario impressa memoratur *Luid. p. 113.* * Scribit qvidem *Luidius l. c. in P. 5.* qvod ulteriore experientia edoctus sit id, qvod de araneorum iconibus in Schisto carbonario asseruerit. Sed meo judicio res suspicione non caret. Habeo ejusmodi Schistum Anglicanum, similiter lapides scisciles Eichstetenses, in qvibus icones nudo oculo consideratæ pro iconibus araneorum habendæ, unde etiam in Germania Spinnen-Steine audiunt ; verum oculo armato perspectæ stellulis marinis originem suam manifesto debent. vid. *Ichtyomorphos.* *

ARENOSULA ; Lapillus venulis bullatus, astaci serrulæ medullam referens. *Luid. n. 1581.*

ARENSTEEN, *Belg.* v. *Aetites.*

ARGUS ; Xylosteon, s. os fossile lignosum Loculariæ congener. *Luid. n. 1574.*

ARIETIS CAPUT LAPIDEUM, *Calceolar. Mus. pag. 417.* * *Pol.* Głowá bárània kámienna. *

ARQVATULA ; Siliqvastrum minimum punctulatum, inter Ichtyodontes scutellatos *ap. Luid. n. 1500.*

ARTICULUS BRACHII LOCUSTÆ secundus, vel tertius, fractus. *Luid. n. 1245.* * vid. *Astacopodium. Pol.* Kolanko Szaranczy Kamienne. *

* ARTICULUS BRACHII CANCRINI v. *Carcinopodium.* *

ARTOLITHUS v. *Panis lapideus.*

ASSULA EBURNEA &c. Officulum qvoddam est lamellare aculeatum, & inter crustacea punctulata recensetur a *Luid. n. 1094.*

* ASTACOLITHI ; sub hoc titulo colligimus Astacorum tam fluviatilium & lacustrium (ex qvibus ingens illa oculorum Cancri copia in Prussia venalis) qvam marinorum (Hummers) typos & partes. *

ASTACOPODIUM ; Brachii Astaci aut Locustæ fossilis articulus extimus & maximus, ad crustacea forcipata refertur a *Luid. n. 1236.* * *Pol.* Noga Raka morskiego. *

ASTE-

ASTERIA; * *Pol.* Gwiazdeczká * v. *Entrochus.*

ASTERIA COLUMNARIS, Entrocho ſimilis. *Scheuchz. Spec. Lith. p. 2. fig. 1 — 5.*

ASTERISCUS, idem eſt cum Appendicula Aſteriæ.

ASTRAGALI folia lapidibus impreſſa habet *Luid. p. 110.*

* ASTROITÆ Angliæ, pentagoni, ſpecies coralli ſunt, in mari Jamaicenſi & alibi creſcentis. *Epit. Tranſact. Phil. II. 511.* *

ASTROITES; Aſtroite *Gall.* Sternſtein, Siegſtein, Waſſerſtein. Lapis cui Stellarum icones impreſſæ; variæ dantur figuræ, qvæ variant ipſas ſpecies; novas obſervavi in Helvetia, aliis nondum deſcriptas. Qvam Aſteriæ nomine inſignivit Geſnerus & Luydius ad Entrochos rectius referunt alii. *Plures ex Gothlandia in muſ. noſtro, qvam Beatus Scheuchzerus obſervavit in Helvetia; huc pertinet Pierre etoilée de la Sicile; *Boccone Recherch. p. 119* v. *Erotylos.* *

ASTROPODIUM multijugum ſ. loricatum cinereum ſeptentrionalium, qvod ipſe eſt Encrinos cinereus Lachmundi; cum aliis Aſtropodii ſpeciebus numeratur inter cruſtacea punctulata; *Luid. n. 1106.*

ASTRORRHIZA, ſtellarum modiolus. *Luid. ib. 124.*

AUGSTEIN v. *Achates. Ommatias.*

AURATA LAPIDEA (piſcis) conſpicitur in *Calceolar. Muſ. p. 421.* * *Pol.* Złotobrew kamienny. *

AURICULARIA, Gryphitæ congener ad foſſilia bivalvia refertur a *Luid. n. 514.*

* AURICULARIS LAPIS; *Merc. Metall. p. 342;* qvod auris humanæ ſpeciem præ ſe ferat. *Plotio H. N. of Oxfordſhire cap. 5. §. 150* lapis auricularis audit Lithoſtreon ad formam auris humanæ; — The ſmall-Eairlike Oyſter Shell, *Mortonii N. H. of Northampt. p. 193. Tab. 3. f. 2. 3.* *

AURIS MARINA LAPIDEA, ſteinerne Ohren-Muſchel, *Luid. p. 127* * *Pol.* Ucho morſkie. *

B.

BACILLUS ſ. *Ichtyoſteon* minor cujusdam Aſtaci lacertum refert. *Luid. n. 1591.* * v. *Articulus. Aſtacopodium.* *

BACOLO DI ST. PAULO; Melitenſium; eſt radiolus toroſus eburneus major; Judaici lapidis * Radii echiniti * ſpecies. *Luid. n. 1043.* * v. *Epit. Tranſact. Philoſ. II. 497.* *

BALÆNOSTEON, ſ. *Xyloſteon lamellatum*, Balænæ oſſi, qvo utuntur Sartores ſimile. *Luid. n. 1595.*

BALANO FOSSILI CONGENER, v. *Qvinqve valvula.*

* BALANITES, idem ſignificat: verſteinerte Meer-Eichel; ad nidulos teſtaceos, & qvidem ad Balanos. *Pol.* Kamień wprzeg ogniſty. *

BAOBAB, fructus lapideus; *Calceol. Muſ. p. 414.*

BASALTES; Meißner Probierſtein. Ein Meißniſcher harter eiſenfarber Marmor, habet angulos, & in columnæ modum eſt erectus. *Boet. de Boot Lap. & Gemm. L. 2. c. 273.* Colonna miſena *Imperati.* * *Geſn. de lapid. p. 21.* Sieben-ſechs-fünf-auch wohl nur vierkantig als zugehauene Balcken-Stücke von ſolcher Stärcke und Länge, daß man dieſelbe auf den Gaſſen an Häuſern, inſonderheit an Ecken, als Weich-Pfähle ſetzet; Zu Stolpen. *Henkel Pyrit. p. 174.* Einige halten Granaten. *Polon.* Marmur zelázney maśći. *

BASALTES MINIMUS STRIATUS. v. *Lithoſtrotion.*

* BASALTES vel BASANOS MAXIMUS, Hibernicus, angulis minimum tribus, plurimum octo conſtans, geniculatus; dicitur & Columna lapidea. *Epit. Tranſact. Phil. II. 514. V. b. 146.* *

BASTONCELLI IMPIETRITI, ſunt ſpinæ Hiſtricis marini petrefacti. *Boccone Muſ. di Fiſica p. 183.*

BATRACHITES * *Pol.* Zabienieć * v. *Bufonites.*

BAUMSTEIN v. *Dendrites.*

BEAUMEPOTS, Anglis vocantur Nidi, in qvibus deliteſcunt Cornua Ammonis; *Liſter de Cochl. Angl. p. 214.*

BEINBRUCH }
BEIN WELL } v. *Oſteocolla.*

BELEMNITES; Sagittæ formæ lapis acuminatus; Lyncis lapis λυγκέριον *Theophraſto; Epiphanio* λαγγέριον; λαγέριον *Joſepho*, etiam λυγύριον; *Dioſcoridi* λυγγέριον. Dactylus Idæus *Plin. L. 37. c. 10.* Luchsſtein, Alpſchoß, Alpſtein, Schoßſtein, Rabenſtein, Rappenſtein, Donnerſtein, Donnerkeil. Coracias, Corvinus lapis, Straalſtein, Ceraunites, Thunder Stones, Thunderbolts. *Angl.* Vettelinſs. *Danis.* Belemniſe. *Ital. & Gall.* * *Pol.* Matki Bożey prątek. Strzałká kamienna. *

* UBERIOR NOMENCLATOR BELEMNITARUM EX MSCTO J. J. SCHEUCHZERI MECUM COMMUNICATO.

SPECIMINIS LOCO EX LEXICO FOSSILIUM DILUVIANORUM DE BELEMNITA:

BELEMNITES a forma Sagittæ, qvæ Græcis βέλεμνον. Lyncis lapis; Lyncurius, Lingurius, a græco λυγκεὶριον apud *Theophr.* λαγγερὶον, λαγε-

λαγȣ́ριον λιγύριον apud *Epiphanium*; *Josepho* etiam λιγύριον; *Dioscoridi* λυγγȣ́ριον λιγύριον qvidem vocari existimat *Salm.* qvod in Liguria inveniri credebatur, λυγκȣ́ριον autem vel λυγγȣ́ριον *Theophrasto* & *Plinio*, qvod fieri ex urina Lyncis æstimabant; *Demostrato* & aliis apud *Plinium L. 8. c. 38.* Lyncum humor ita redditus, ubi gignuntur, glaciatur arescitve in gemmas, carbunculis similes, & igneo colore fulgentes, Lyncurium vocatas, atqve ob id succino a plerisq; ita generati prodito. Novere hoc sciuntqve Lynces & invidentes urinam terra operiunt, eoqve celerius solidatur illa *Lib. XXXVII. c. 2.* Demostratus Lycurion id vocat, & fieri ex urina Lyncum bestiarum e maribus fulvum & igneum; e fœminis languidius & candidum, alii dixere Langurium, *cap. 3.* De Lyncurio proxime dici cogit auctorum pertinacia, qvippe etiam, si non Electrum id esset, lyncurium tamen gemmam esse contendunt. Fieri autem ex urina qvidem Lyncis, sed egestam terra protinus bestia operiente eam, qvoniam invideat hominum usui. Aniles fabulæ! opinionem interim hanc non improbare videtur *Encel. de met. p. 211.* argumento infirmo a possibilitate desumpto. An autem veterum Lyncurius noster sit Belemnites, dubitatur a doctioribus: *Epiphanio de XII. Gemmi c. 8.* Hyacinthum, *Gesnero in Epiphan. p. 21*, de *Laet Lap. & Gemm. lib. I. c. 23* & *Velschio Hecat. I. p. 102.* Succinum per Lyncurium intelligentibus. Dicere, si Lyncurii nomen ad Belemnitam applicare velimus, possumus, mereri hoc nomen illum, qvi Succini colorem & perspicuitatem habet, eo magis, si, Gesnero teste, id genus Belemnitæ paleas aliasqve res minutas, succini ad instar alliciat. Præit sua autoritate *Diosc. Lib. II. c. 100* λυγγȣ́ριον vocans ἤλεκτρον πτερυγωφόρον, succinum pterygophorum; qvem seqvuntur *Wormius*, *Lachmund*, *Gesnerus*, *Agricola*, alii. Hoc Lyncurii nomine porro venit Lapis ille fungifer Neapolitanus & Fungi ipsi, qvi defosso illo Lapide & terra aliqvantulum operto, & subinde aqva tepida asperso intra qvatriduum prodeunt, de qvo *Volkamer Eph. Germ. Dec. II. An. 3. Obs. 216* de qvo ὡς ἐν παρόδῳ notandum, nullam esse prorsus huic lapidi cum Belemnita nostro convenientiam, nec qvoad figuram, nec qvoad materiam.

Ad Synonyma igitur alia: Idæi Dactyli in Creta ferreo colore pollicem humanum exprimunt *Plin. Lib. XXXVII. c. 10.* Hos *Boot. L. II. c. 258* Belemnitas existimat, conjectura haud infirma, qvam descriptio Pliniana fulcit. Qvod vero Corybantes olim vocati fuerint, ut *Boet. a Boot* vult, id sibi persvadere non patitur *de Laet*, nec alii, qvi norunt, id nomen non tributum esse gemmis, sed populis; *Salm. in sol. 120;* nec *Wagnero Helv. cur. p. 304* facile assentire possum, inter Belemnitæ Synonyma recenseri Phrygium Lapidem

Dioſcor. L. V. c. 141, qvum ex ipſo & *Plinio XXXVI. c. 19* pateat, eſſe Glebam pumicoſam. Ita qvoqve Alabandici nomen non approbat *Geſn. Fig. Lap. cap. 93.*

Germani variis qvoqve ludunt nominibus: Luchsſtein idem qv. Lyncis Lapis; Alpſchos, Alpfetſcht, Alfeſcht, Alpſtein, Alveſtein, *Cord. Obſ. 217 b. 219. b.* Albſchoſs *Valent. Muſ. P. II. pag. 15;* vocabula ex Ephialte & Sagitta compoſita, qvod credatur Incubo adverſari; Schosſtein id. qv. Lapis Sagittæ; Rappenſtein, Rabenſtein Coracias, Corvinus lapis, qvod in eum, qvi colore eſt niger, præſertim qvadrat; nugantur qvi referente Geſnero a Corvini veretri ſimilitudine ita dictum volunt; Stralſtein Baſilienſibus; Donnerkeil, Donnerſtein, Donnerpfeile Pruſſis; Ceraunites, qvod fulmine dejiciantur; pro lapidibus certe fulminaribus paſſim imperitis offeruntur; Zinkenſtein in Rhætia, ubi hoc lapide utuntur ad vaccarum & hominum Diarrhæas, Intumeſcentias, Dyſenteriam, Colicam; Blutſtein, incolis Ditionis Bernenſis.

Græcis: præter nomina ſupra recenſita ἀγυρούσυκρυ, du *Freſne Gloſſ. Græc. App.* λίγκουρος, Id. — Anglis Thunderſtone, Thunderbolt, ob rationem ſupra allatam. — Italis & Gallis: Belemnite; Belemnite Lyncurio *Moſcardi muſeo 132* eſt Succinum — Braſil. Cacaotetel i. q. Corvinus lapis *Eph. Germ. Dec. I. An. 4. 109* — Lapis Litzi pro Lincis *Fuchs in Myreps. Antid. p. 40.* Tranſylv. Hiuzkökoles de kereſeer.

Eſt Lapis figura plerumqve conica, a latiore baſi in apicem acutum vel obtuſum deſinens, extus lævis, intus ſtriis a centro, ſive qvovis axeos puncto, recta ad peripheriam tendentibus præditus. Qvi inprimis Succini colorem & perſpicuitatem habent, ab utraqve parte ſunt obtuſo mucrone cuſpidati vel clauſi: alii etiam utrinqve ſunt fuſi ad inſtar cuſpidati, ventre craſſiore; Intus non per totum ſunt ſolidi, ſed ſæpe in baſi in conicam rurſus figuram ad certam profunditatem cavati, reliqvo lapide ad mucronem usqve exiſtente ſolido: & hæc conica cavitas repleta eſt vel terra vel arena, & utraqve qvidem vel ſoluta vel compactiori firmiter agglutinata, vel nova materia belemnitica, ut unus Belemnita in alio veluti in vagina contineatur. Aliqvando, ſed rarius, aculei hujus textura non eſt a Baſi ad acumen indiviſa, ſed in circulos vel lamellas plures baſi parallelas diſtincta, Entrochorum more, obſervante idem *Liſtero de Cochl. Angl. Tit. 31.* Belemnitas haſce, aliis gravidos, non inepte Ruſtici Hildesheimenſes femellas vocant, teſte *Lachmundo.* Aliqvando, præſertim in Belemnita polito conſpiciuntur non ſtriæ duntaxat centrales, ſed circelli invicem concentrici, ut totus lapis ex pluribus aliis conis,

qvo-

qvorum uni aliis inſerti, conſtare videatur. In omnibus fere conſpicitur rima vel fiſſura qvædam a baſi ad apicem tendens, juxta qvam, ſecundum longitudinem, per medium axem facile diffinditur. Hæc qvidem fibra in aliis manifeſta in aliis obliterata, in pellucidis tamen optime conſpicua. Qvidam Belemnitæ a lata baſi mox in mucronem tendunt, aliis longius excurrentibus, ut, diffracti, fruſta cylindros potius qvam conos referant. Reperiuntur, qvorum ſuperficies non per lineam rectam ad apicem usqve excurrit, ſed curvam, imo & angularem; dantur qvippe, qvi alicubi fracti vel intorti, nihilominus cum priſtino corpore, ſed ſitu mutato, coaluerunt, id qvod in fracturis oſſium aliqvando contingere novimus. Aliorum eſt qvidem conica figura, ſed compreſſa, qvæ pro baſi habet ellipſin potius qvam circulum. Superficies in plerisqve eſt lævis & glabra, in aliis qvaſi verminoſa, i. e. plurimis foraminulis veluti exeſa. Pleriqve ſunt opaci, coloris cinerei, nigricantis, vel cœruleo-nigreſcentis, alii qvaſi ex fluorea materia ſemidiaphani, alii flavi, vel mellei, pellucidi, aliqvando armatura ferrea, argentea, ænea vel aurea induti, teſte *Liſt. lib. cit. p. 27. Agric. nat. Foſſ. V. p. 266. B. a Boot II. c. 258.* Omnes fere confricati vel contuſi fœtorem ſpargunt ſulphureum veluti cornu combuſti; *Rhiem. diſp. de Ebore foſſ. Th. 16* proxime accedere vult ad odorem glutinis murariorum, Steinkütt, qvod ex Sulphure, Oleo Lini, & terreis invicem junctis componunt, pulvis vero igni inſperſus nec fumum nec odorem præbet ullum; Integra vero lapidis fruſta liberiori igni expoſita, & lente calcinata, naribus admota, pulveris pyrii odorem offerunt; teſtatur idem *Bauh. Hiſt. Font. Boll. 31.* omnes, uſti in calcem abeunt, *Liſt. l. c. Agric. l. c.* præ omnibus autem exactam Lapidis deſcriptionem dat *Morton. Nat. Hiſt. of North. p. 179, 182.*

Eſt Origo prorſus hactenus ignota; an ad minerale regnum pertineat, vel animale vel vegetabile; ad vegetabile pronus eſt *Helwing. Lith. Angerb. P. II. p. 123.* Pro Piſcium & ſpeciatim qvidem Phyſeterum, qvi Balænæ ſunt ſpecies, dentibus habet *Dn. Bourguet Lit. M Dec. 1722 ad me datis.* †

* † vide *Ejusd. Lettres philoſophiqves ſur la formation des ſels & des criſtaux.* *

SPECIES:

I. BELEMNITES OPACUS, CONICUS, ET CYLINDRACEUS.

Belemnites niger maximus baſi forata. *Liſt. Cochl. Angl. Tit. 31.*

Donderſteen omtrent een finger lang en dik, graauw van koleur. *Rumph. Amb. 212. Tab. L. n. I.*

Belem-

Belemnitæ in acumen eleganter faſtigiati. *Bauh. F. B. 33.*
- - Radiatus cum armatura lucidiſſime viridanti. l. c.
- - Hoplita armatura orichalcea. l. c.
- - Cinereus alatus. l. c.
- - parvi. l. c. 34.
- - Longiſſimus, vitriolatus, ſive ſeptem unciarum longitudine, argenteis vitrioli capillis effloreſcens. *Luid. n. 1666.*
- - Maximus, Oxyrrynchus, cum variis ejusdem ſpecie minoribus. *Id. 1667.*
- - Fragmentum cavitate fluore undiqve obducta. *Id. n. 1668.*
- - Specimina minora, conchyliorum fragmentis hinc inde obducta, aëris injuria exeſa undiqve & foraminata. *Id. n. 1669.*
- - maximi fragmentum latiuſcule compreſſum. *Id. n. 1670.*
- - Specimina cavitate teſta qvadam membranacea obducta. *Idem n. 1671. a.*
- - major, lividus, marmoreus. *Id. n. 1673.*
- - majoris fragmentum conſpicuum cylindraceum, fuſci coloris. *Id. n. 1674.*
- - exilis prælongus. *Id. n. 1675. Tab. 21. 1698.*
- - Specimen minus. *Id. n. 1676.*
- - minor lividus, ad mucronem diſtortus. *Id. n. 1678.*
- - medius impolitus. *Id. n. 1688.*
- - Cujusdam majoris fragmentum, fiſſum, cruſtoſum. *Id. n. 1691.*
- - medius cinereus, calyce compreſſo. *Id. n. 1693.*
- - Cylindraceus ſabuletorum, ſive vulgatior, fractus, cultelli manubrium referens. *Id. n. 1717.*
- - Fiſſi &c. majoris fragmenta. *Id. n. 1721.*
- - Cylindraceus, minimus, verſicolor. *Id. n. 1731.*
- - Striatus, in orbiculatum lapillum redactus. *Id. n. 1733.*
- - **welcher von einer Seiten zur andern 1½ Zoll hält.** *Brak. Muſ. 11.*
- - Cylindraceus, oſſei coloris, ſeu ſubalbidi, baſi forata *M. S. n. 402.*
- - Longior, Trochitarum rudimentis aſperſus. *Id. n. 403.*
- - nigricans. *Id. n. 404. 450. a.*
- - cinereus, cui Blatta exigua adhæret. *Id. n. 405.*
- - - - integer, baſi forata, & alius dimidiatus. *Id. n. 406. 407.*
- - foraminibus, veluti vermiculis pereſus. *Id. n. 410,*
- - In baſi excavatus, terram induratam cavitate ſua conica continens. *Id. n. 412.*
- - parvus, nigro-cinereus terram luteam in ſe continens. *Lachm. Oryct. n. 10.*
- - minimi, in acumen acutum terminati. *M. S. n. 414.*

Belem-

Belemnita Obtusiori cuspide terminatus. *Id. n. 415.*
- - Cylindricus, cavitate conica vacua præditus. *Id. n. 418.*
- - non cuspidatus, cinereus & albidus. *Id. n. 420.*
- - magnus, cinereus, planus, crusta subcandida tectus; figura fere est cylindri parum compressi. *Lachm. Oryct. n. 1. p. 26.*
- - minor cuspidatus, protuberantiis quibusdam verrucosis asperatus. *M. S. n. 421.*
- - Cuspidatus nigricans. *Id. n. 422.*
- - marmorei lævoris albus. *Id. n. 425.*
- - - - ferrugineæ flavedinis. *Id. n. 426.*
- - Subcinereus, ex ampla radice striata in tenuem aciem desinens. *Lachm. Oryct. n. 2.*
- - nigricans, major, & cuspidatus. *M. S. n. 436.*
- - Candidus, levis, & veluti calcinatus. *Id. n. 437.*
- - Candidi, qvasi usti, fragmentum. *Lachm. n. 5. p. 28.*
- - non cuspidatus nigricans, cujus partes transversim fractæ non rite fuerunt rursus coadunatæ. *M. S. n. 438.*
- - fusci coloris, ex matrice sua vel nido ita prodiens, ut penem pueri, cum scroto appenso non male referret, si integer foret. *Id. n. 439.*
- - nigri coloris politus. *Id. n. 442.*
- - longior cinereus, unico sulco ad apicem excavatus. *Id. n. 443.*
- - varii nigricantes in saxo cinereo, tanqvam matrice conspicui. *Id. n. 448.*
- - Cum vermiculis seu tubulis marinis lapideis insidentibus. *Id. n. 450.*
- - ferreus. *Id. n. 450. b.*
- - Semidiaphanus. *Id. n. 450. c.*
- - in lapide fissili nigro margaceo. *Id. n. 450. i.*
- - pyramidalis, basi integra, niger, maximus, truncatus. *Lang. p. 130.* Tab. 37.
- - - - major, mediocris, minor, minimus. *Id. l. c.*
- - pyramidalis, basi forata, niger, maximus, truncatus, & per medium divisus. *Lang. p. 131. Tab. 37.*
- - - - major, minor, minimus. *Id. ib. f. 4. 5.*
- - tarum matrix calcaria, cui immersæ sunt plures species Belemnitarum pyramidalium, mediocrium, basi integra & forata, partim integræ, partim per medium divisæ. *Id. p. 132. Tab. 37.*
- - Glandem penis compressam & perforatam exhibens. *M. S. n. 416.*
- - Octo, unciis longiores, quorum summa crassities in ambitu $4\frac{1}{2}$ uncias explet — exiliores — exilissimi, culmo mediocri adhuc graciliores. *Bajer. Oryct. 35. Tab. 1. f. 2.*
- - nimium compressi, contriti, transversim disrupti, hinc sæpe incurvi-

D curvi-

curvi e fusco nigricantes — versicolores aut ex cinereo & fusco variegati — candidi. *Id. p. 37.*

Belemnita continentes terram luteam, aliqvando in lapidem induratam, Pyritem, interdum fluore candido permixtum; Galenam, **Bleyglantz oder Blende.** *Id. p. 38.*

- - albus & qs. Crystallinus. *Herm. Maslogr. p. 223. f. 63.*
- - Cinereus in sua matrice. *Id. fig. 64.*
- - Lapis Lyncis, seu Lyncurium, vulgo Belemnites. *Id. fig. 66.*
- - of de commun colour, interspersed with streaks, at is were of Blood. *Mort. North. 179.*
- - Blak-White Belemnites *Grew. Musf. 302.*
- - Another a little hollow fill dup with a pith of Earth. *Id. l. c.*
- - Cinerei coloris, pellucidus, qvi terram in se continet. *Helwing. Lith. Ang. I. 28.*
- - Depressus, figura conica. *l. c.*
- - Cylindraceus niger; Rabenstein. *Id. ib.*

DACTYLUS IDÆUS; Luchsstein. *Besl. Musf. 99. Tab. XXXV.*

- - Rubigine infectus, & qs. erosus, cum basi striata, **ein von Martialischen Auswitterungen** imprægnirter **und durchfressener Pfeilstein, oben gestreift oder gestirnt.** *Volkm. Sil. Subt. 166. Tab. 28. f. 7.*
- - magnus, martialis, ruber, **grosser rother eisenhaltiger Pfeilstein.** *Id. f. 8.*
- - minor, gracilis, luteus, in tenuem apicem desinens, fluore crystallino imbutus. **Kleiner, gelber und dünner spitziger Pfeilstein, mit Crystall-Flus in einem grauen Kies.** *Id. f. 9.*

NOTA:

Vides, Lithophile, posse in immensum multiplicari species Belemnitæ, si ad minimas quasvis diversitates ratione integritatis, coloris, magnitudinis, armaturæ, diaphaneitatis, cavitatis, contentorum, superficiei attendere velimus. Prima mihi figuræ fuit ratio Liberum cuique esto, ex hac Synonymorum Phalange seligere, qvæ videntur adæqvata. Cæterum dubium adhuc, qvo referri debeat hoc lapidum genus. Certum hoc, & ex variis circumstantiis, conchiliisque qvæ Belemnitis insident, demonstrabile, formatos fuisse tempore diluvii. v. *Woodw. Hist. of the Earth. p. 181.* Sistit *Helwing. Lith. Ang. T. 1. f. 1. p. 29.* Belemnitam rarissimum, qui parte sua crassiori in extremitate *satis aperte articulationem qvandam foraminulo aperto ostendit, qva veluti spina dorso cujusdam animalis qvondam adhæsisse videtur,* unde *suspicatur, generationem suam & formam Animalibus marinis debere, & inprimis ex testaceorum genere iis, qui Tubuli, Penicilli, Entali appellantur, cui etiam opinioni patrocinari videtur, qvod specimina qvædam*

dam testa membranacea obducta fuisse observaverit. Luid. Ep. 4. p. 115. Lith. Imo & colligit Helwing, eos unicos & solos, qui ex utraque parte cuspidati sunt, pro integris agnoscendos esse, *reliqvos omnes, sive cylindraceæ sive conicæ sive depressæ sint figuræ*, pro confractis vel fragmentis censendos, sed etiam matrices sic dictas pro Belemnitarum loco natali nunqvam habendas esse, & Belemnitas jam antea a natura productos accidentaliter massæ lapideæ inclusos fuisse.

II. BELEMNITES UNICO CANALICULO IN SUPERFICIE EXTIMA A BASI AD APICEM EXCAVATUS.

Belemnita canaliculatus s. aqualiculo per mediam longitudinem insignitus. *Luid. n. 1677.*
- - canaliculatus. *Bauh. F. B. 34 - M. S. n. 44. Bajer. Or. p. 36. Tab. II. f. 3. 4.*
- - formæ compressioris, fissura altero latere donatus. *Luid. n. 1720.*
- - longior, cinereus, unico sulco ad apicem excavatus. *M. S. n. 443.*
- - sulcatus, niger, major. *Lang. p. 131. Tab. 37. f. 3.* minor - minimus.
- - that have a single Rima, as t' is called, that is, a Chink or Gutter, like that of a Date Stone, the whole length of the Stone. *Mort. North. 179.*

(adde) - - monosulcus, cum pyrite basi adnato, *Ehrharti de Belem. Suev. f. 6.*

III. BELEMNITA BINIS AD APICEM SULCIS EXARATUS.

Belemnita transversim fractus, binis ad apicem sulcis exaratus, hinc inde in superficie foraminulentus. *M. S. n. 440.*
- - that have two Rima's. *Mort. North. 179.*

IV. BELEMNITA AD APICEM TRISULCUS.

Belemnita nigricans, triplici ad apicem sulco excavatus. *M. S. n. 431.*
- - Cinereus dentis canini modo triplici sulco excavatus. *Bauh. F. B. 34.*
- - compressus trisulcus albicans. *M. S. n. 441.*
- - tribus evidentibus in apice striis seu sulcis dotatus, seu trisulcus. *Bajer. Oryct. p. 36. Tab. I. f. 5.*
- - that have tree Rima's. *Mort. North. 179.*

(adde:) - - trisulcus *Ehrharti de Bel. Suev. f. 1.*

NOTA:

Sunt hi ad apicem duntaxat non per totam longitudinem sulcati.

V. BELEMNITES ARI PISTILLUM REFERENS. *M. S. n. 450. Helwing Lith. 28.*

Belemnites minor cinereus, Ari piſtillum referens. *Luid. n. 1702. f. 4. Spec. Lith. Helv. p. 25.*
- - ſulcatus niger, mediocris. *Lang. p. 131.*
- - Slenderer gradually as well towards the baſis as the point. *Mort. North. p. 178.*
- - fuſi ſeu Rhombi oblongi utrinque mucronati ſpecies, aut pyramidis potius duplici baſi invicem junctæ, mucronibus autem oppoſitis. *Geſn. fig. lap. p. 92.*

NOTA:

Sicuti alii Belemnitæ a latiori baſi deſinunt ſenſim in acutiem, ſicque figuræ ſunt conicæ, ita hic in medio eſt ventricoſior, inſtar piſtilli Ari; pertinet huc forſan:

Belemnites fuſi inſtar, ventre craſſiore in acumen utrinque deſinente. *Bauh. F. B. 34.*
- - Specimen exile utrinque gracilescens, radiolum medium non nihil referens. *Luid. n. 1714.*
- - perqvam acuminatus, fuſum muliebrem repræſentans. *Bajer. Oryct. 35. Tab. 1. fig. 7.*
- - The shell' d Belemnites qvaſi Stalemnites. *Grew. Muſ. 302.* Vide qvæ de hoc Belemnitarum genere notavi ſupra ad num. I.

VI. BELEMNITES ALIO BELEMNITA PRÆGNANS.

Belemnites inferne cinereus, ad apicem coni albidus, & pellucidus, in cavitate media alius Belemnita delitescens, geniculatus, ex alveolis conſtans. *M. S. n. 413.* referri poteſt ad Alveolos.

VII. BELEMNITES ENTROCHI INSTAR GENICULATUS.

Belemnites geniculatus. *M. S. n. 408.*
- - albicans in rotulas, Trochitæ inſtar, diviſus. *M. S. n. 424.*
- - e fuſco nigricans lineis circularibus, ſeu Zonis notatus. *Herm. Maslogr. p. 222. f. 65.*

VIII. BELEMNITES MELLEI COLORIS DIAPHANUS, ſive ELECTRINUS; isqve vel conicus vel in obtuſum mucronem deſinens.

Belemnites minimus, fere cujusdam Succini inſtar, & pellucidus & coloratus, qvibusdam Lapis Lyncurius dictus. *Liſt. Cochl. Tit. 32. Luid. n. 1707.*
- - Een Donderſteen gloejend bruyn en doorſchynend van Koleur. *Rumph. Amboin. 212. Tab. L. n. 3.*
- - minor electrinus ad extremitatem cavam gracilescens. *Luid. n. 1679.*
- - medius electrinus Sabuletarum. *Id. n. 1723.*
- - Cylindroideus electrinus, vel vini Falerni inſtar ſemipellucidus. *Lang. p. 132. Tab. 37. f. 1.*

Belem-

Belemnites Electrinus scanicus. *M. S. n. 411. Fionicus. n. 429.*
- - in apicem obtusiorem album terminatus. *Id. n. 417.*
- - Septentrionalis obscurior in colore & diaphaneitate. *M. S. n. 432.*
- - - medulla nigra. *Id. n. 433.*
- - - foraminulis exesus. *Id. n. 434.*
- - - ex tenui radice in amplum mucronem terminatus. *Id. n. 435.*
- - - basi perforata, conica. *Id. n. 446.*
- - aliqvo saltim modo flavus ac pellucidus. *Bajer. p. 37.*
- - of the colour and transparency of the yellow Amber, which the lapis Lyncurius of D. Ploot. Oxfordsch. p. 94. *Mort. North. 179.*
- - the yellow Belemnites particularly called: Dactylus Idæus. *Grew. Mus. 302.*
- - In rubro nigri, pellucidi, intus cavi & materia terrea repleti. *Helwing. Lith. 27.*
- - Prussicus in rubro niger, pellucidus. *Id. 28.*
- - pellucidus, fabæ forma. Horum alii excavati vel perforati, alii vero integri, figuram vel conicam vel cylindraceam ostendentes. *l. c.*
- - Dactyli Idæi subflavi ac pellucidi in agro Brunsuicensi; rusticis Alvestein. *Cord. Obs. 217. b.*
- - Lyncurius, **Luchsstein, gantz durchsichtig, in seiner Mutter liegend.** *Brak. Mus. 11,*
- - **Ein gantz rother ohn-scheiniger.** l. c.
- - Elecorum, lege: Electrum, Lapis Lyncis *Sylvat.* Gesnerus legit Ligurum.
- - parvus Electrinus & qs. pellucidus; Belemnites pyramidalis electrinus; totus pervius, ut stylus possit transmitti, **kleiner durchsichtiger gelber Pfeilstein, an dem ein subtiles Löchlein, durch und durch gehet.** *Volkman Sil. Subt. 165. Tab. XXVIII. f. 4.*
- - Electrinus canaliculatus, in longitudinem diffissus, cum striis transversis, **gelber durchsichtiger und nach der Länge gespaltener Pfeilstein, darin man den Canal oder Faltze, die durch und durch gehet, nebst vielen Qveerstrichen sehen kan.** *Ibid. 166. Tab. XXVIII. f. 5.*
- - Electrinus minor seu medius ad utramque extremitatem obtusus; **kleiner gelber, und wie Börnstein durchsichtiger Pfeilstein, der oben und unten stumpf zuläuft.** *Id. f. 6.*
- - major cum radice seu basi rotunda non striata. *Id. f. 10. 11.*
- - Electrinus. *D. Melle Lap. fig. Cub. p. 13. T. 1. fig. 6. 7.*

IX. BELEMNITES TRUNCATUS POLYMITUS.

Belemnites variis figurarum tractibus in superficie exaratus. *M. S. n. 427. Spec. Lith. Helv. p. 44. fig. 59.*

Belemnites, cujus ſuperficies undique circulis concentricis eſt obſita. *Melle Lap. fig. Lub. p. 15.*

X. BELEMNITES TUBEROSUS, ſive vulgarem calculum referens, ſubluſtris Sabuletorum. *Luid. n. 1732*

XI. BELEMNITA CAVITATE FERE CYLINDRICA, ET CURVATA, FLEXURÆ TUBULI MARINI ÆMULUS.

I have by me this ſeverylike in colour and in the thikneſs, and bore of it, to ſome of the tubuli marini, that I formerly thouglight I was poſſeſs'd of two or three ſuch shells with their cavities fill'd up with the matter, that uſually conſtitutes the Belemnites, till I came to obſerve, that ſome of them had a Chink or Crak, reſſembling that in the Belemnita. *Mort. Nort 179.* Tales & ego posſideo exagro Baſilienſi adhærentes oſtreo pectini formi longis aculeis munito, qui conferri merentur cum Belemnitis. *M. D. n. 724.*

XII. BELEMNITÆ SIMILIS LAPIS FIGURÆ CONICÆ ex materia albida margacea ſatis dura conſtans, ſabuloſa cruſta obductus. Alii qvoqve ejusdem farinæ teretes, uncialis, ſeſtentalis imo qvadrantalis longitudinis; qvibus longe majores ſunt lapides figuræ conicæ, intra materia lapidea coti vulgari ſeu aqvariæ ſimili ad Thaleri craſſitiem in circuitu obducti, intus vero in materia fuſcocinerea ſatis dura compacti, acutangulum, plurimi vero obtuſangulum, alii rotundam, alii depreſſam, nonnulli perfectam, qvidam imperfectam figuram oſtendentes, a ruſticis pro cuneis fulminaribus habiti. *Helwing. Lith. Ang. 31.*

XIII. BELEMNITES LAMELLATUS, ex aliqvot cruſtis ſibi ſuperinductis compoſitus. *Melle Lap. fig. Lub. p. 15.*

The shell'd Belemnites. *Grew. Muſ. p. 203.*

BELEMNITIS ADNECTITUR HISTORIA ALVEOLI.

ALVEOLUS eſt lapis inſtar ſpeculi concavi vel Lentis concavo convexæ, qvi Belemnitarum cavitatem conicam occupat, & ita qvidem, ut Entrochi inſtar plures juncti invicem articulentur. Aliqvando etiam hi Alveoli ſede ſua nativa excuſſi ſeorſim occurrunt, *Luid. p. 86. Spec. Lith. Helv. p. 7. 8.* Sub eundem ferme omnes titulum redigi poſſunt, qvando quidem nec magnitudo nec color, nec connexio cum aliis varient ſpeciem. Nomen Alveoli deſumitur ab Alveo vel Alveari Apum, vom Bienenkorb ejusque figura. Placet *Volkmanno Sil. 167.* nomen Schüſſelſteinchen, weil wenn ihre articuli oder Glieder von einander ſepariret, oben wie eine Schüſſel ausgeſchweiffet.

ALVEOLUS multijugus ſive fuſi formis, geniculatus, cryſtallinus, cavitatem Belemnitæ occupans. *Luid. n. 1671. b.*

ALVEO-

ALVEOLUS maximus lutulentus. *Id. 1737.*
- - major aheneus, ſpeculi uſtorii ad inſtar politiſſimus. *Id. n. 1740. Tab. 21.*
- - faſtigiatus minor albus. *Id. n. 1741.*
- - faſtigiatus criſtallinus maximus, compreſſus. *Id. n. 1742.*
- - medius anthracinus ſabuletorum. *Id. n. 1743.*
- - - colore albido. *Id. n. 1744.*
- - minor aheneus, vitriolo imbutus. *Id. n. 1745. Tab. 21. Muſ. Diluv, n. 940. 942. b.*
- - degener, ſiliceus. *Luid. n. 1746.*
- - varietas cylindroides electrina. *Luid. 1746. b. Tab. 21.*
- - accedens ad capſulam horologii portatilis ſeu conſpicilii vitrum. *Idem p. 87.*
- - major ſ. medius. *Id. n. 1738. 1739.*
- - maximus cinerei coloris, Helveticus. *Spec. Lith. Helv. f. 10.*
- - medius colore albido. *l. c. & M. D. n. 930.*
- - Belemnitæ cinerei fragmentum, cum alveolo incluſo. *M. D. n. 419.*
- - cum incluſo cono ex patellis conſtante. *Id. n. 450.*
- - baſi Belemnitæ inſertus. *M. D. n. 939.*
- - Hoplita compreſſus ſeu contortus. *M. D. n. 941.*
- - li Entrochos æmulantes. *M. D. n. 942.*
- - Pyramidalis, non perforatus, major, ſubcinereus, incurvatus, e ſeptem orbiculis, qvorum pars interna ſuperior convexa inferior vero concava exiſtit, conflatus. *Lang. p. 65. Tab. 20. f. 1. Serie 1.*
- - majores ſeu medii cylindracei è fulvo cinerei. *Volckm. ſil. 167. Tab. XXVIII. f. 12.*
- - minor griſeus. *Id. f. 13.*
- - **Zwey groſſe graue** Alveoli, **auf einem dunckelgrauen Geſtein, da in dem einen die** Interſtitia **und Gelencke cryſtalliſiret.** *Id. f. 14.*
- - **Ein** Fragmentum **eines dunckelgrauen** Alveoli, calice ſeu radice orbiculato, **mit einer runden Wurtzel.** *Id. f. 15.*
- - **die innere Geſtalt eines kleinen** Alveoli **in einem gelblichten Stein, darinnen die** Cameræ articulatæ, **auch mitten eine weißlichte** Cavitæt. *Id. f. 16.*
- - **Ein kleiner gelber** Alveolus, **darauf** ſubtile **ſchwartze Bäumlein geſchildert.** *Id. f. 17.*
- - **Ein Stück von einem gröſſeren** Alveolo, **deſſen** articuli **ein wenig verdruckt.** *Id. f. 18.*
- - **Ein länglich dünn und grauer** Alveolus, **von dem die** vertebræ **oder Wirbel alle los.** *Id. f. 19.*
- - maximus lutulentus, forte Luidii **in einem gelben Muſchel-Stein, tief eingedruckt.** *Id. f. 20.*

ALVEO-

ALVEOLUS; Entrochus idem medeocris--rectus, decem orbiculis -- Lang. *Tab. 20. f. 2. f. 1.* Steinerne Kegeli (rectius Kegelin) voce admodum inadæqvata. *p. 66.*

- - candidi -- e lapide duriore conflati - pyritico-ferruginei-molles ac friabiles -- Obeliscus marmoreus alveolaris. *Bajer p. 38. T. 1. f. 8. 9. 10. 11.*

- - Belemnites with pointed cones -- a single joint of one of these cones is the Alveolus. *Mort. North. 181.* Cone Stone *Id. ib.* qvod ultimum vocabulum Belemnitæ no. I. optime competere posset.

- - aus dem Nieder Cuntzendorffischen Sand-Hügel bey Schweidnitz, gantz glat und röhtlich, an dem die Glieder oder lamellæ concavæ separatæ gegen dem Licht durchsichtig, wie ein rohtgefärbtes Horn, oder mit Blut besprengte Fischgrade sind. *Volckman Sil. 338. Tab. VII. f. 2.*

- - The scale. *Trans. Phil. n. 314. p. 77.*

Non confundendi sunt Alveoli cum Lapide Caudæ Cancri, sive Astaci fluviatilis *Gesneri Fig. Lap. 167.* Constat qvidem & hic pluribus Alveolis invicem inarticulatis, sed non rotundis &c. &c. (reliqva lege tit. ALVEOLUS.)

Alveolorum singulare genus. † Seriatim per totam Belemnitæ Cylindrici longitudinem transiens Angerburgo Prussiæ. Adsunt in eadem serie XX. *M. D. n. 942.* Cingit hanc seriem crusta lævis Belemnitæ, transitqve per mediam longitudinem cylindrus alius, qvem alveoli, Collaris instar, ambiunt. Est hic ipse Cylindrus medius vertebrarum instar transversis distinctus. Videtur hoc fossile esse spina dorsi cujusdam animalis hactenus qvidem ignota & cylindrus medius medulla spinalis. Habeo sanum, cui inhæret cylindrus medius, sed & vertebra animalis cujusdam cum suis processibus transversis, & aliud, in qvo processus transversi sunt bifurcati. *M. D. n. 942.* Ein Rückgrad vermuhtlich von einem Wasserthier, mit breiten Costis oder Rippen, *Volckman. Sil. 336. T. VI. f. 1.* Ein anderer kleinerer der auswendig grau, inwendig wie ein glänzender Kies ist; sitzet in einem Gestein, gleicher couleur, der mit vielen kleinen gestreiften silberfarbenen Muscheln, fleischfarbenen Entrochis und anderen Marinis angefüllet. *Id. 337. Tab. 17. f. 2.*

Sive

---

† Conf. *Prolegom. de Tub. mar.* & in *App. Gen. X.* Tubuli concamerati; item *Præfat. natur. Disp. Echinoderm. p. 6.* & ibid. de Acul. Echin. *p. 56.* ubi Επιλεγόμενα *Dn. Scheuchz. de Belemnitis* — item *Dn. J. P. Breynii Dissert. Phys. de Polythalamiis Cap. VI;* ubi Orthoceratitæ salutantur.

Sive vegetabile, sive exuviæ cujusdam serpentis majoris in rugas contracti, sive species Belemnitis. *Swedenborgh Misc. observ. fig. N.*
Alveoli maximi, duorum fere digitorum in diametro, & minores alii Angerburgenses, radice seu basi undatis striis ornata &c. *M. D. n. 942.* *
Huc usque *uberior Nomenclator Scheuchzeri de Belemnitis.*

* BELEMNITAS ANGLICOS vid. *Epit. Trans. Phil. II. 429. seq.* *

BELLARIA LAPIDEA; Confetti di Tivoli; Dragee di Tivoli; Lapilli sunt alba crispaque facie, seminibus aut aliis rebus, quas Pharmacopolæ Sacharo incrustant, & vulgo Confectiones vocant, similes. *Gesn. de fig. lap. p. 115.* * *vid. Brückmanni Ep. It. III. Pol.* Wetkamienny. *

BERG-CRYSTALLEN v. *Fluores.* * *Crystallus.* *

BERGDRAP: *Norveg.* v. *Stalactites.*

BERGSCHNACK. v. *Cornu Ammonis.*

BEZOAR MINERALIS. Pietra d' Aventura; *Worm. Mus. 110. Boccone Recherches Natur. 226.* * *Pol.* Bezoar minerá. *

BIDENTULA, proprie furcatum quoddam & crenatum ossiculum in Echinis marinis, dentium copula s. repagulum. *Luid. n. 1088.*

BIRETIFORMIS LAPILLUS. **Stein in Form eines Baretleins, einer Baret.** *Scheuchz. Spec. Lith. p. 7. fig. 9.* * *Pol.* Kamień ná kształt biereta. *

BISULCULA vulgaris marmorea, refertur ad Xylostea, sive ossa fossilia lignosa. *Luid. n. 1590.*

* BOLETITES Aldrovando est lapis Boletum simulans. *Mus. Metall. p. 494.* *

* BOLETITES cancellatus, totus purpureus, s. fungus cancellatus coralloides Clusii. *Feuillé Obs. Phys. III. p. 387.* *

* BONIFACII **Pfennigen.** v. *Entrochus:* *

* BOTRYOIDES, lapis vel etiam Stalactites Botrionem simulans, **Trauben-Stein.** *

BRANCHIALE ferruginosum, fungis lapideis forsan annumerandum, constat ex parvis lamellis, e fluore rubiginoso conflatis, cavitatum saxi parietes confertim, Branchiarum ritu, occupantibus. Idem est, quem *Plotius* Echinum minutum vocat *Hist. Nat. Oxon. p. 108. Luid.* inter lapides corallinos recenset branchiale *p. 115.* * & recte, sunt enim fungi marini substantiæ corallinæ, hinc & fungi branchiati: Coni branchiales; Alcyonium branchiale salutantur; Singularis figuræ in lapidibus duris cinereis montium circa Gedanum sæpius obvii. *

* BRANCHIALI CONGENER v. *Columellus.* *

* BRATHITES, seu *Sabinites*; est Arbuscula Sabinum referens in lapide. *Aldrov. Mus. metall. p. 443.* *

E * BRIS-

* BRISSOIDES; ad Echinos & Echinitas; *nat. Disp. Echin. p. 36.* v. *Spatagoides.* *

BRONTIAS ad Echinitas hodie refertur.

BRONTIA ALTERA Lachmundi v. *Capstone.*

BRUCHSTEIN v. *Osteocolla.*

BUCARDIA; Bucardites * Conchita insigniter ventricosus, qui proin Cordis Bovini vel vitulini figuram refert. *List. Cochl. Angl. Tit. 40.* Ochsen Hertz-förmiger Stein. Cardiolithus aliis & Litho-Cardites. Bucardites *Aldrov. Mus. met. p. 479. Pol.* Serdecznik. *

BUCCINITES; Lapis turbinatus, cujus orbes buccini in modum producuntur. Buccini vox in generaliori significatione notat apud *Listerum de cochl. Terrestr.* qvasvis cochleas longiore figura præditas, ac proin Strombos ipsos includit. Non mirum hinc, strombos lapideos sive Strombitas etiam sub hac Buccinitarum notione comprehendi.

BUCCINO-COCHLEA fossilis; lapillus est perexiguus, lucidus, ostiolo minimo donatus, *Luidio n. 331.*

BUFONITA; Bufonites; bufonius lapis; Chelonites, Batrachites; Crapaudine Gall: * Carapatina *merc. metall. p. 336.* * Garantronius; Pietro di Jospo: occhio di Serpe *Ital.* Oculus Serpentis, Krötenstein; * nomina vana, vaga & veritati adversa, potius proscribenda qvam usurpanda; sed, qvis usum revocaverit! * referendus ad Ichtyodontes scutellatos * orbiculatos, umbonatos vel scaphoides * seu molares piscium dentes fossiles. *Luid. p. 69.* * vid. *Worm. Mus. p. 107. Jacob. M. R. D. p. 35. Mus. Calc. 364--368. Olear.* Gek. *33. Helwing. Lith. 1. p. 69. Pol.* Zabi kamień. *

* BUFONITAS majusculus atro-rubens, instar capsulæ glandis quernæ; medius rotularis, alveolo utrinque donatus; medius orbicularus; minimus convexiori parte rugosus — Scaphoides, extremo altero latiore — Trochylus — minimus, Trochilo affinis, caliculo striato longiusculo donatus — congener gibbus s. Bufonites gibbosus: *Epit. Transact. Phil. II. 508--510.* *

* BUFONITES s. *Rubetites Aldrov. M. Met. p. 810;* est lapis bufoni petrefacto similis. *

BUGLOSSA: Lapis Ichtyomorphos, qui Buglossi vel Soleæ, piscis, sceleton refert. *Luid. p. 96.*

BUNDY vel *Pundy;* in Anglia mediterraneo communiter appellatur Pectunculites minor, nitidus, altiuscule striatus; *Luid. n. 664.*

C.

*CAILLOUX. Vid. *Silex* *

CAL-

CALCULUS; hoc nomine veniunt *Luidio* paſſim petrefacta corticibus ſuis ſpoliata, ut *no. 1744.* Calculus Carcinopodium referens; v. *Carcinopodium.*

CALOPODIUM; Gloſſopetra tuberoſa, Sutoris muſtriculam referens. *Luid. n. 1313.*

CANCER PETREFACTUS. Ein in Stein verwandelter Krebs. Viſuntur qvoqve Aſtacorum & Cancrorum Icones lapidibus foſſilibus impreſſæ. v. *Carcinites. Pagurus;* * *Pol.* Rok Kamiennu. *

* CANCRI BRACHII FORFICULA, v. *Carcinopodium.* *

CANCRI CAUDÆ lapis *Geſn. de fig. lap. p. 167.* referens caudam cancri ſeu Aſtaci fluviatilis * Non eſt niſi fragmentum compreſſum Orthoceratitæ Breynii ſ. Tubuli concamerati Kleinii. vid. Alveolorum ſingulare genus in uberiore Nomenclatore de Belemnitis; *pol.* Kamien propręgowaty. *

CANCRI OCULIS SIMILES LAPILLI; ſunt Carcinolithi lapidei.

CAPO DI GATTO: Melitenſibus vocantur Nautilitæ, ſ. Cornu Ammonis articulus; *Luid. n. 303.*

* CAPPADOX; Lapis Spongiæ; *Plinio*: Cyſteolithus, oſteocollæ veræ non multum diſſimilis. *Worm. Muſ. p. 54.* *

CAPSTONE, Angl. ſive lapis pileum referens; melitenſibus dicitur Ombriæ ſpecies elatior. Brontia altera *Lachmundi. p. 23. Luid. n. 958.*

CAPSULARIA; Conchites lævis, ſeu Terebratula inflata, conglobatior. *Luid. n. 466.*

CAPUT ARIETIS v. *Arietis Caput.*

* CAPUT MEDUSÆ; Rumphii, Hiemeri, Harenbergii; Species ſingularium Stellarum marinarum; vid. *Exc. Cappellerii Epiſtolam hic præfaminis loco.* *

CARAPATINA v. *Bufonites.*

* CARCINITES, propter rudem Cancri, græcis Carcini, figuram. *Aldrov. M. Met. p. 459.* *

CARDIOLITHUS v. *Bucardia.*

CARINULA, ſiliquaſtro accedens Lapis inter Ichtyodontes ſcutellatos recenſetur *Luidio n. 1511.*

* CARPOLITHI, ſunt Lapides fructus & ſemina referentes, ſingulos qvære ſuis locis. *

CARTILAGO mineralis; undulata, figlina aut tegularis, pileata, ephippiacea, mammillaris, ſeu uter vaccinum referens; Cataracta juglandaris; ſpecies totidem conſtituit χολόϛεων ſ. oſſium foſſilium lignoſorum. *Id. n. 1519. &c.*

CARYOPHILLUS LAPIDEUS, ſeu Caryophillum aromaticum

 referens

referens lapis, *Wagner Eph. Germ. An. 13. Obs. 189.* Eßnägelein Rusticis Scaphuriensibus dicitur; est modiolus stellatus *Luidii* v. *Modiolus.* * *Pol.* Goździk Indiski Kamienny. *

* CASSIDES; sunt Cochleæ proprii nominis; unde Cassides lapidei, vel Cassidiformes & Cassiditæ — item Echinitæ, qui convexitate Cassides vel Galeas efformant. *Nat. Disp. Echin.* *

CASTANITES s. Lapis Castanei formis. *Aldrov. M. Mus. p. 510.*

CATARACTA. *Juglandaris* v. *Cartilago.*

CAUDÆ CANCRI LAPIS v. *Cancri Caudæ lapis.*

CENCHRITES, *Mercatus* milii granis sparsum dicit. v. *Ammites.*

CENTAURII majoris capitulum lapidi Carbonario impressum *Luid. p. 108.*

CERACHATES v. *Achates.*

CERAMITES, *Ostracites*, lapis testæ figlinæ similitudine; *Gesn. fig. lap. p. 95;* * v. *Mercati Met. p. 296.* *

CERATION minus vulgare; s. Pseudo-Corallium fossile Bacillinum, ad lapides corallinos refertur *Luidio n 113.*

CERATITES v. *Unicornu fossile.* * Hippurites. *

* CERATOIDES articulatus, striis transversis undatus & ornamentis foliaceis insignitus *Scheüchz. Spec. Lith. fig. 82*; ad Cornua Ammonis. *

CERAUNIA; Fulminaris lapis, Donnerkeil, Donneraxt, Strahlstein. Scietta folgorante *Italis.* Mentionem injiceo hujus lapidis, quod, qui pro illo venditantur, sunt vel Belemnitæ, vel Pyritæ; vel Crystalli, vel Ombriæ, alüve lapides figurati * ut: Mallei, Cunei similesque lapides ad usus vel domesticos vel pro belligerantibus ab Antiquis accommodati, apud veteres Prussos inprimis in usu. Sinenses appellant Luyk-hy, Donnerzähne, weil sie mit den Indianern davor halten, daß der Donner ein lebendiges Thier sey, welches sich in den Wolcken aufhielte, Petersb. Anmerck. über die Zeit: 1731. *LXXXI.* Stück. De Ceranniis conf. *Merc. Metall. p. 241;* & *Assaltum in notis ibidem;* vide: *Sicilex.* *

CERAUNITES v. *Belemnites.*

CERVICERNIUM v. *Elaphoceratium.*

CHABAZIAS v. *Chalazias.*

CHALAZIAS, lapis Grandini similis, & cum grandine *(si verum)* deciduus; *Gesn. fig. lap. p. 68.* Grandinis lapis Galasia & Gelosia corrupte apud *Marbard. & Albert.;* χαλζιτης; Geopoconoz; Eclog.; Chabazias apud *Orpheum;* * v. *Silex;* *pol.* Gradowáty kamień. *

CHAMITES; Chamæ Conchæ similis lapis *Luid. n. 768.* * Chama fossilis, petrefacta. Alio sensu in ostracologicis occurrit Chamites, lapillus ignave perlatus, qvasi alabastrinus; mestica Biagaru alias dictus, inæqualiter

æqualiter nodoſus, ex parte diaphanus, inſtar Achatæ, in Chama-Trachea ſquamis brevioribus, coloris nunc luteo pallentis nunc rubri flaveſcentis *Rumph. Amb. p. 128.* pectunculo admodum tenuiter imbricato *Liſt. Hiſt. Tab. 353. f. 190. Bonani R. M. & O. p. 109. n. 83.* Nonnunquam & alius Chamites apparet, qui digitalis ſeu longior audit, in baſi convexa ruber, reliqvo corpore albus; *Rumph. p. 129.* Conf. *meth. Oſtracol. P. II. Cap. II. Claſſ. II. §. 4. n. 34.* MSCt: — Chamites lenticularis Flaveſcens in Chama abſciſſa *Rumph. p. 130. Bonani p. 109. n. 84.* Concha marmorea imbricata *Fab. Col. Liſt. Tab XLII. lit. C.* *

CHELARUM *Cancri* vel *Aſtaci* foſſilium fragmina. *Luid. n. 1253.*

* CHELIDONII nihil aliud ſunt, quam ſiliculi, quos hirundines, more aliarum avium concoctionis gratia deglutiunt; *pol.* Jaſkolczy kamień. *

CHELONITES v. *Bufonites.* * *Aldrovando M. Metall. p. 614.* Chelonites eſt lapis effigiem Teſtudinis referens. *

* CHIRITES, lapis manum humanam ſimulans; *Aldrov. M. Metall. p 481.* Confer. *Kundmanni* pes inferior ſimiæ petrefactus *Rar. Nat. & Art. Tab. III. f. 2.*

CHOERISCOPODIUM concavum; ſive Spondylus porcelli pedis articulo nonnihil ſimilis *Luid. n. 1665;* ad Ichtyoſpondylos.

* CHRYSALITES *Mercato* audit Cornu Ammonis ſuperficie Chryſalidis *p. 311.* *

CHRYSAMMONITES *Ambroſini*, eſt cornu Ammonis aurea Armatura præditum; * v. *Hoplites.* *

CHRYSANTHEMI flos lapidi impreſſus ſiſtitur a *Luidio n. 740.*

CHRYSTALLUM — lus } v. *Cryſtallus.*
CHRYSTAL }

* CIDARES ſunt Echini & Echinitæ, eminentiis hemiſphæricis veluti lapidibus pretioſis quaſi guttati, alii picti, alii cælati; ſphæroidalis & Clipei formæ, exitum habentes in vertice, hinc Anocyſti; *Nat. Diſpoſ. Echin. p. 14. ſeq.* *

CIRCINNATA; Conchita ſubrotundus dicitur. *Luidio n. 740.*

CISSITES, in candido collucet Ederæ foliis, quæ totam tenent, *Plin. H. N. 37. c. 10.* * vid. *Merc. Metall. p. 275;* á κισσὸς Hedera; *pol.* Bluſzowy kamien. *

* CLAVICULA ad radios Echinitarum referenda vid. *Acicula;* huc pertinent Lapides Judaici. *

* CLIPEUS; ad Echinitas; v. *Cidares.* *

COCHLIÆ foſſiles & lapideæ a Cochlitis, ſic etiam Conchæ foſſiles a Conchitis diſtinguuntur, ut illæ ſint cavæ, teſtis adhuc munitæ, & in omnibus ſuis partibus cochleis conchisqve marinis ſeu fluviatilibus * imo

terreſtribus * ſimiles, hæ vero qvoad externam figuram tantum illas repræſentent.

COCHLITES, Schneckenſtein, Cochleam figura referens lapis. *Luid. n. 310.* * *Aldrov. M. Metal. p. 470.* *

COCHLITES CYLINDROIDES, qui cylindroidem Cochleam exprimit. *Luid. n. 420.* * & ſic porro; *pol.* Slimaczy kamień. *

* COLITES, membrum virile mentiens lapis. *

COLONNA MISENA, *Ital.* v. *Baſaltes.*

COLUMELLUS, Branchiali congener, inter lapides corallinos recenſetur, *Luid. n. 120.* * *pol.* Słupik. v. *Hippurites.* *

COLUMNETTA PLOTII. Columellus minor furcatus, *Luid. n. 9;* ad eosdem lapides corallinos pertinet.

COMPAR BUFONITÆ orbiculati, medii; ſeu capſula inferior, vivente piſce in mandibula condita. *Id. n. 1413.*

CONCHITES. Muſchelſtein. Generatim notat omnem lapidem, qui Concham figura refert, ſed ſpecialibus qvoqve Muſculitæ, Myitæ, Chamitæ, Pectinitæ nominibus inſignitur, ubi muſculum vel Chamam aut pectinem &c. exprimit * v. *Cochliæ foſſiles; pol.* Slimaczy kámień. *

CONFERVA *Plinii* lapidi carbonario impreſſa legitur apud *Luid. n. 108.* * *Pol.* Gałka wkamieniu. *

CONFETTI DI TIVOLI v. *Bellaria lapidea.*

COYS i. e. Galli; Neocaſtrenſibus vocantur Conchitæ bivalves plani; * Diconchæ inæquales * Terebratulæ Luidio cognominati.

CORACIAS; v. *Belemnites.*

CORALLINA foſſilis *Luid. n. 112.* * capillaris. Proprie corallinæ, qvæ promiſcue ab auctoribus ita nominantur, ſunt ſubſtantiæ corallinæ, & plantæ tenuiter geniculatæ, plerumqve fragiles, nonnunqvam adeo ſubtiles, ut dentibus potius qvam oculis nudis corallinam materiam experiri liceat; communiter tamen corallinæ qvæ dicuntur capillares ſunt muſci marini Keratophytorum ſubſtantia. *

CORALLINI lapides dicuntur non tantum Corallia ipſa foſſilia, ſed & omnes marinorum æmuli, qui ex terra eruuntur, uti ſunt Porus, Alcyonium, Millepora &c. *Luid. p. 6.* * v. *Corallopetra.* *

CORALLIUM FOSSILE; *Id. n. 92.* & paſſim.

* CORALLOPETRÆ nobis audiunt omnes lapides, ex duris Oceani plantis oriundi; v. *Lithophyton.* *

CORIANDRI ſemina lapidea; *Muſ. Calceol. p. 410.*

CORNE DE BELIER. v. *Cornu Ammonis.*

CORNEUS LAPIS. v. *Lapis Corneus.*

CORNU

CORNU AMMONIS; Corne d' Ammon *Gall.* Ammons-Horn; Corne de Belier; Ammonis lapis *Beslero*; Ammonius lapis *Calceolario.* Hammonius lapis apud *Cardanum*; lapis Serpentis in ſpiram revoluti effigie, *Geſn. fig. lap. 167.* Serpens lapideus *Agric.* Serpent, couleuvre de pierre, Schneckenſtein, Bergſchnecke, ſteinerne Schnecke, Drachenſtein, Scheer-horn, Zieherhorn, Steinhorn. Nautilites *Luid.* * improprie, cum alia ſit Cochlis, quæ cornu Ammonis, alia quæ Nautilus audit; Ophiomorphites *Aldrovandi 450.* * Seilfiſch-Stein * hic proprie Nantilites * Lapis eſt definiente ita *Liſtero de Cochl. p. 205*, turbinatus, intortus, cujus orbes ſerpentum in modum in ſe convolvuntur. * Chryſolites *mercato.* Ammonites *Breynio de Polythalamiis p. 20.* ab Ammonia, qvæ Ammonis cornu ſalutata; hoc eſt Polythalamium in ſpiram externe utrinque apparentem in plano horizontali convolutum; conf. *Proleg. de Tubulis marinis p. VI. ſeq.* Cornua Ammonis foſſilia numero XL. diverſarum ſpecierum ſuperant, cum tamen naturalium vix tres vel qvatuor appareant, adeo pelagia ſunt Ammonis cornua; vid. *Bromell. Act. Lit. Suec. 1730. p. 30. ſeq.* Ceratoides; *pol.* Zaglik. *

CORNU SAXEUM; *Muſ. Calceolar. p. 415.* * *Pol.* Rog kamienny. *

CORNU LAPIDEUM, ſtriatum & faſciatum, vel non. *Schacht.*

CORTICULARIA, Carinulæ affinis lapis, inter Ichtyodontes ſcutellatos reperitur apud *Luid. n. 1512.*

CORVINUS lapis. v. *Belemnites.*

CORUSCATULA; Lithophyton atro-nitente facie, politiſſimum. *Luid. n. 203.*

COULEUVRE DE PIERRE; v. *Cornu Ammonis.*

CRAMPSTONE, *Angl.* v. *Gracyrrhinchus.*

* CRANIOIDES, *Scheuchzero Sp. Lith. 64.* audit Lapis Cranii ſupernam partem mentiens. Forſan ad Echinitas mutilos cordatos. *

CRAPAUDINA; Crapaudine *Gall.* v. *Bufonites.*

CRATICULUM; Xyloſteum minimum ſeſſile, undulatis rugulis donatum. *Luid. 1528.*

CRENATULA; Conchites inter Solenem & Pinnam ambigens; a Commiſſura, plurimis crenis majuſculis inſignita, ita dicta. *Luid. n. 907.*

CRIORCITES, muſculis accedens Conchites maximus, ab arietini teſticuli ſimilitudine ita dictus; *Id. n. 767.* * Orchites & Enorchites dicuntur lapides teſticulos referentes *Aldrov. Muſ. Met. p. 482.* *

CRISTALLUS v. *Cryſtallus.*

CROWS FEET, Pueris Anglis juxta Pyrton-paſſage nominatur Aſteria major littoralis, *Luid. n. 1120*; in Glamorgania, Culverſtone. *Id. n. 1172.*

CRU-

CRUCIFER lapis; Bubuli cornu magnitudine eſt, & facie, qui dum transverſim ſcinditur in planos orbiculos, crucem nigro-colore refert; *B. de Boot Lap. & Gem. L.* 2. *c.* 245. * **Creutzſtein, durch und durch mit einem ſchwartzen Stein bezeichnet,** eſt ſpecies Ophytæ vel lapidis ſerpentini. In Hiſpania roſaria inde fiunt; confer. *Merc. Metall. p.* 237. Remarques ſur la figure de la Coix, que l'on voit repreſentée ſur les pierres, qui ſe trouvent dans une riviere du Royaume de Chily; *Feuillée Obſerv. phyſ. II. p.* 531. *Pol.* Krzyżak. *

CRYPTOPETRA v. *Cucurbites.*

CRYSTALLUS, Cryſtallum. Chryſtallus, Chryſtallum, Criſtallus, Criſtallum, **Kriſtall, Criſtall.** Criſtall *Gall.* & *Hiſp.* Criſtallo *Ital.* Criſtall Anglis & Belg.; κρυςάλλος, **Straalen, Strahlſtein,** in lapidum figuratorum cenſum omnino referri meretur ob figuram hexagonam, pentagonam, trigonam &c. in qvam a natura veluti exaſciatus & politus eſt; * conf. Prodromus Cryſtallographiæ, de Cryſtallis improprie ſic dictis *Dn. M. A Cappeler,* cujus Exemplo, qvod habemus, Doctiſſimus Autor propria manu præmiſit ſeqventia verba: „Nota in Commentatiunculo hoc nos, non ſine exemplo præclarorum aliqvot ſcriptorum, Cryſtallum, improprie ſic dictum, maſculinum feciſſe, ad differentiam Cryſtalli veri, qvæ femina eſſe conſuevit. „ *Pol.* Kryſztał. *

CTENITES v. *Pectinites.* * *Mercat. Metall. p.* 297. *

* CUCURBITES, lapis a figura Cucurbitæ, in qua vinum apud peregrinantes ſervatur; *Aldrov. Muſ. met. p.* 504. *Mercato p.* 233. eſt Echinites floridus, vel ſpecies Cryptopetræ. *

CULTELLARIA; acuminatus lapillus laminaris, ſiliquaſtri, vel alterius cujusdam Ichtyodontis radix videtur. *Luidio* 1513.

CULVERSTONES. v. *Crowsfeet.*

CURVIROSTRA; Conchitæ genus a cardine (ſi in plano poſueris) dextrorſum & ſiniſtrorſum reflexo nomen habens. *Luid. n.* 700. v. *Rugatula.*

CYLINDRICUS lapis. *Merret. Pin. Britan. Scheuchz. Spec. Lith. p. 4. f.* 6.

CYLINDRITES; volvolæ accedens, ad cruſtacea punctulata refertur *Luid. n.* 1166.

CYLINDRUS geniculatus; an forte Ichtyoſpondilus aliquis e majoribus, multi-jugus, an potius alveolaria qværdam maxima *Luid. n.* 1661. * an Cylindrus Hippuriticus? *

* CYNECEPHALOIDES. v. *Zoomorphitæ.* *

* CYSTEOLITHOS. v. *Cappadox.* *

D.

*DACTYLITES; Lapilli Dactyliformes, cum nucleum Dactyli optime referant. *Aldr. Mus. met. p. 510*; *pol.* Palczasty kamień. *

DACTYLUS IDÆUS. v. *Belemnites.*

DAUBLEIN (TAEUBLEIN) H. Geistes Daublein, in Agro **Basiliensi** vocantur Conchitæ bivalves striati, pectunculitæ *Listero* dicti.

DENDRACATES. ⎫
Δενδρόψυλος πέτρη. ⎬ v. *Achates.*
Δενδριέις ἀχάτης. ⎭

DENDRITES, Δενδρίτης, **Baumstein;** *Spen. Mus. p. 91.* 'Pietra imboscata; Pietra naturalmente delineata in figure de Boschi; Pietra di Sinai *Imperati H. N. p. 578. Worm. Mus.* Lapis est plerumque fissilis, cui arbuscularum imagines sunt impressæ; de his aliisque lapidibus, qvæ in superficie sua plantarum, foliorum, florum figuras exprimunt, conscripsi dissertationem Epistolæ qvæ inserta est *Appendici Ephem. Annorum 1697. & 98. p. 57.* * Proprie Dendritæ ad plantas fossiles pertinent; Dendroidæ vero Lapides sunt naturæ penicillo varia schemata arbuscularum, nihil commune cum naturalibus plantis habentium, sibi imposita exhibentes: **Kalck-Marmor, oder Mergel artiges-auch anderes wildes Bruchgesteine auf den Klüften, wo hernach des Gesteins Ablösung geschiehet, von einer eingedrungenen, immer in kleineren und kleineren Gängelchen sich v'rlauffenden, sich verlierenden und endlich vertrucknenden zarter Gur; stellet allerhand artige Zweigelchen und Sträuchchen als eingezeichnet dar.** *Henkel Pyrit. p. 68.* Conf. experimentum chymicum illustrandæ Dendritarum genesi apprime congruum in dicta *Dissertat. Epist. p. 58'*, ubi & aliorum explicationes; *pol.* Kamień drżewny. *

* DENDRITÆ HETRURIÆ, quo plus poliuntur, eo prodeunt in figuris Arbuscularum distinctiores, atqve hinc politi vel cistulis exornandis egregie conducunt. Habemus Dendritam Angerburgensem cujus schemata etiam totum lapidem pertranseunt. *

* DENDRITES SCANICUS; vid. *Act. Lit. Suec. MDCCXXX. p. 63.* *

* DENDROPHORUS, a δένδρος arbor & φέρειν ferre; idem est, qvod Dendrites. *

DENTALIS FOSSILIS; seu tubularia cornea aut marmorea est in Catalogo fossilium tubulosorum apud *Luid. n. 1237.* * *Pol.* Zębak kamień. *

DENTE DI SERPE; Ophiodontium eburneum melitensibus. *Luid. n. 1588.*

DENTES GIGANTUM lapidei; Dentes petrificati *Kircher. Mund. Subt. L. 8. p. 57. 62.* * *Pol.* Zęby Olbrzymskie kámienne. *

* DENTES FOSSILES circa Colceſtriam vid. *Epit. Trans. Phil. V. b. 102.* in Hibernia, Elephantini *ibid. V. b. 104.* — Magni, pro humanis habiti. *V. b. 111.* molares Elephantini circa Cantuariam *V. b. 32,* plura: *Philoſ. Tranſact. Vol. XXXV. & XL.* Conf. *Scopula. Gloſſopetra. Mammotsknochen. Plectronitæ.* *

DIASPRO, *Ital.* & *Hiſp.* v. *Jaſpis.*

DIGITABULUM; ſphærolla modiolaris eburnea undiquaque punctulata. *Luid. n. 1757.*

* DIORCHITES equinus, membrum genitale referens, *Aldrov Muſ. Met. p. 484.* alter *pag. 486.* *

DIOSPONGOLITES; *Aldrov. Muſ. Met. p. 493;* ad Ichtyoſpondylos refertur a *Luidio p. 82.*

* DIPHYENES *Plinii XXXVII. 10. Valentinus Muſ. Muſeor. I. cap. 23.* Lapides uterinos eſſe credit, qvi non ſolum muliebria ſed & virilia genitalia retro repræſentant. *

DOLICHOLITHOS *Velſchii Ephem. A. 1. Dec. 1. p. 337.* Ichtyoſpondyli ſpecies.

DOLIOLUM v. *Volvola.*

DONNERSTEIN; DONNERKEIL; DONNER AXT. v. *Ceraunia. Belemnites. Gloſſepetra.*

DORSUALE aſperum, ſeu buttulatum anthracinum, locuſtæ foſſilis minoris armatura dorſualis. *Luid. n. 1256.*

DRACHENSTEIN; v. *Cornu Ammonis.* * *pol.* Smoczy kamień. *

* DRYITES, lignum quercinum petrefactum; *pol.* Kamień drzewny. *

DRYOPTERIS nigra, lapidi carbonaria impreſſa. *Luid. p. 108.*

DUTTLEINSTEIN v. *Echinita.*

E.

EAGLESTONE, *Angl.* v. *Aëtites.*

EBUR FOSSILE, *Cluſii;* Xyloſteis adnumeratur a *Luidio n. 1514.* * *pol.* Słoniowa kość kamienna. *

ECHINITES eſt lapis figura referens Echinum marinum, quod Conchylium eſt ſetoſum, ſeu maxime omnium aculeatum, radiis vel ordinibus alias clavellatis, alias Sutorum inſtar acu pictis conſpicuum; *Luid. p. 44.* Synonyma ſunt: Ombria; Brontias; Ovum Anguinum; petrificirter See-Apffel; Düttleinſtein; Lapis Iſidis multimammeus, *Spleiſſ.* Mamellæ St. Pauli; Mamelle di St. Paolo, *Bocc. Rech. p. 297.* & *Muſ. Fiſ. p. 295.*

Spadei-

Spadeifteen *Danis;* Echinus foffilis * Scolopendrites *Mercato;* plura vid. *Nat. Difp. Echin.* & *Breyn. Schediafm. de Echinis. Pol.* Piorunek. Echinites à Breuilpont font entierement Cailloux. *Hift. de l' Acad. 1721. p. 22.* *

ECHINITES SPATAGOIDES; v. *Ovum marinum.* * *Spatagoides. Cranioides. Cardites.* *

ECHINODOS; dens Echinitæ laticlavii vel orbiculati. *Luid. n. 1078.*

ECHINUS FOSSILIS v. *Echinites.*

ECHINUS MINUTUS *Plot.* v. *Branchiale.*

ELAPHOCERATION f. Cervicernium fufcum, cortiofum, inter Xyloftea recenfetur *Luid. n. 1562.*

* ELATITES f. Peucites, eft Dendrites ramos abiegnos aut piceos æmulans, *Velfch. Hecat. I. Obf. 44; pol.* Krwawnik. Jedlinowy kamień. *

* ENCARDIA ab ἐν in & καϱδία, cor. Efformatur vel a Concharum valvis fibi invicem incumbentibus atque in lapidem verfis, vel in cavitate earundem, nuclei inftar. v. *Merc. Metall. p. 338. 339.* & *Affaltum ibid.* *

* ENCEPHALITES ab Ἐγκέφαλος, lapis cerebrum petrefactum referens. *Aldrov. Muf. met. 477.* *

ENCRINOS, Lilienftein, ut Entrochus divifus rotarum; cum enim angulata pars una ab altera feparatur, utraqve qvina folia oftendit, qvælibet vero talis pars quinos habet angulos, latera totidem, utrinqve qvina lilia, unde Pentacrinos græce dici poteft. *Lachm. Oryct. p 57.* * *pol.* Liliowy kamień. Huc pertinent Stellæ marinæ qvondam nunc foffiles & penitus lapideæ *Rofini de Lithozois Tab. I.* & aliorum autorum. *

* ELAPHOCERATITES; ab ἔλαφος Cervus & κέϱας, Cornu. v. *Merc. Met. p. 324.* *

ENEOSTIS; Knochenftein; odorem habet terreum vel arenæ, cæterum figura fua tereti offi fimilis eft. *Lachm. 236.* * *pol.* Kamień na kíztałt kośći. *

ENHYDROS eft Aetites, aqvam in fe continens; barbare Etyndros; *Camill. Leonard.* Etydros *Alberto;* ὑδϱοφοϱς *Laurembergio.* Schutterftein. * vid. *Henkel Pyrit. p. 360.* daß fich oftmahls in drufichten Höhlen ein klares Waffer finden laffe; ergo aëtitæ? *

ENORCHIS, Hodenftein; rotundus eft lapis; & ita dicitur, quia lapis cum illo inclufus teftium videtur habere formam. *B. de Boot L. 2. c. 203.* * Conf. *Merc. Metall. p. 340.* v. *Enorchites. Criorchites &c.* *

ENTROCHUS: Spangenftein; Radftein; Radelftein * Bonifacii Pfennige. *Myl. Sax. Subt. I. 60.* * Angl. Fatrybead, Starftone-Columm. Moggivolo Judaico *Imperati;* ex trochitis nondum feparatis conftat, ita,

 ut

ut plurimorum Trochitarum fit conjunctio; Crustaceis punctulatis accenset *Luid. n. 1133.* vocatqve Asteriam *no. 1168.* ut & *Gesnerus* * *Rosinus*, *Cappelerius* & alii; *pol.* Okrągłowáły kamień. *

* ENTROCHI RAMOSI; de his vid. *Epit. Trans. Phil. II.* plane singulares & ingentis molis in *Mus. nostro*, conf. *Fischer in præfat. de Stellis marinis Linckii.* *

* ENTROCHO CONGENER v. *Volvola.* *

EPHIPPIARIA; Glossopetra sellulam equestrem referens. *Luid. n 1039.*

EPIPHYLLOSPERMA mineralis scutellata, phyllitidis folio, quatuor ad minimum nervis insignito. *Luid. n. 180.*

* EQVISETUM PETREFACTUM. *Epit. Trans. Phil. II. 505.* *

* EQVISETUM FOETIDUM petrificatum, sub aquis repens *Langii Lap. fig. p. 53. Büttner. Rud. Dil. test. Tab. XXI. f. 1.* est planta corallina fossilis, ad muscos corneos forsan. *

ERBSTEIN. v. *Ammites.*

ERDSTEIN. v. *Geodes.*

ERICITES, qui fruticem Ericam vel Ericetum integrum repræsentat: Wasserstein incolis pagi Somberg prope Würtzburgum; lapis naturæ artificiosa cælatura in figura Abrotani plantæ effictus *Calceol. Mus. Sect. III. p. 419. 420.*

* EROTYLOS, s. Erotylon *Plinii*, non est lapis lumbricatus; a *Boccone (Recherches)* vocatur Astroites undulatus. *Merc. Metal. p. 314.* *

* ESCHARA, fossilis. De hac planta vid. *Merc. Met. p. 123.* ad Madreporas relata. Est planta singularis foliosa, nonnunquam crateriformis, corallina, plerumqve undulosa, innumeris foraminulis vel rotundis vel angulosis ordinatim pertusis; a Fuco linteiformi probe distinguenda. v. *Millepora. Madrepora. Retepora.* *

ESZNAEGELEIN. v. *Caryophyllus lapideus.*

ETHITE. *Ital.* v. *Aëtites.*

ETYDROS. Etyndros v. *Enhydros.*

EXAMEN, seu vesparium lapideum; *Calc. Mus. p. 412.*

F.

FABA, siliqua lapidea. *Calc. Mus. p. 411.* * *pol.* Strąk bobowy kamień. *

FALCATULA, Glossopetra fusca, a fœnisecæ falcis similitudine ita dicta. *Luid. no. 1317.* * *pol.* Kosa. *

FELD-

FELDMUSCHEL-STEIN; Conchites, seu Concha striata, lapidea, bivalvis. *Mus. Brackenhof. p. 12.** melius Cochlites. *

FARIO; Xylosteum versicolor. striatum, *Luid. n 1570.*

FASCIATULA; Cylindraceus lapillus, geniculatus compressior, perlæ cujusdam aut libellæ alvum referens. *Luid. n. 1199.*

FASCICULUS MINERALIS, geniculatus; corallinus lapis, fasciatim manipuli frumentarii ritu coalitus, inter Entrochos & Alcyonia ambigens; an Virgultum Corallinum *Beaumontii? Act. Phil. Angl. n. 150. Luid. n. 105.*

FATRYBEAD, Angl. v. *Entrochus.*

FERRUGINEI LAPILLI; Rustballs, Angl. ferri minera globularis. *Luid. p. 99.* * *pol.* Rdzawe Kámyczki. *

* FIBULARES ECHINI; figuram fibularum ferentes; sunt Catocysti: Os in medio baseos, anum ad peripheriam in basi ostendentes. *Klein nat. disp. Echin. p. 24. seq.* *

FIGLINUM RUFUM vulgare; est Xylostei species.

FILICITA. v. *Filix.*

FILICITA; PTERITA. v. *Dissert. Scheuchz. de Dendrit. cit. p. 61.*

FILIX MINERALIS, seu filicis imago lapidibus impressa. *Luid. n. 181.* * *pol.* Paproć wkamieniu. *

FLORENTINUM MARMOR; v. *Marmor. Dendrites;* * plantas, arbores, fortalitia, rudera, figuras geometricas &c. referens. Conf. *Hist. de l' Academ. 1717. p. 2.* *

FLUORES, Flüsse, Berg-Crystallen. Ingemmamenta *sunt* crystalli minores varie angulati & colorati, tetragoni, hexagoni &c. pellucidi, obscuri, rubri, flavi.

FOENICULI, caules lapidosi. *Calc. Mus. 421.*

FOLIA MINERALIA arborum & plantarum in Schisto seu lapide fissili partim obvia. *Luid. p. 11.* Petrificata in topho Salicis, fagi &c. alni folia etiam apud nos frequenter reperiuntur. * Pierres écailleuses ou feuillettées de St. Chaumont, *Hist. de l' Acad. 1718. p. 3. Mem. p. 287.* conf. *Historia 1716. p. 15,* ibi: pierres avec des Feuilles de Plantes, des Insectes &c. v. *Trans. Philos. Epit. II. 431.* *

FOLIUM SALICIS v. *Frumentarius lapis.*

FORFICULA LOCUSTÆ, vel Carcinopodii exterior, vel interior. *Luid. n. 1236. 1246. 1249.*

FORULAGO, spongiosus lapillus, in meditullio qs. fuligine fœdatus. *Luid. n. 1260.*

FRAXINEA FOLIA lapidi impreſſa. *Luid. p. 108.* * *pol.* Jeſionowe Liśćie wkamieniu. *

FRUCTUS RAVI in lapidem mutati recenſentur a *Sachs a Leuentein de mirand. lap. nat. p. 82.*

FRUCTUS TRISTIS ARBORIS; foſſilis; pierre à St. Chaumont, ſur laquelle eſt imprimée la face exterieure du fruit de l' Arbre triſte. *Mem. de l' Acad. 1721. p. 74. f. 5.*

FRUMENTARIUS, frumentalis lapis; Pietra frumentale, o naturalmente ſcolpta in figure di Frumento e ſemi di Legumi, *Imper. H. N. p. 579.* Folium Salicis *Kircheri Mund. Subt. Lib. 8. p. 39.* Salicita, Iteita mihi, noſtratibus Kümichſtein, v. *Diſſert. de Dendr. cit. p. 63.* * *pol.* Zbozowy kamień. v. *Lapis Seminarius.* *

* FUCUS LINTEI FORMIS v. *Retepora.* *

FULMINARIS LAPIS
FULMINARIS CUNEUS } v. *Ceraunia.*
FULMINEUM TELUM

FUNGITES, fungum referens lapis. *Merret pin. rer. Brit. p. 209. Luid. n. 157.* * Fungitas ſtricte dicimus, qui qvocunqve modo non ſolum pileolum, ſed & pediculum habent, reliqvos fungiformes, qui indiſtincte aliis ſic audiunt, partim agaricos, partim tubera foſſilia partim Lichenitas appellamus; *pol.* Fungites: Grzybiaſty kamień. *

* FUNGITES v. *Alcyonia forma ficus.* *

* FUNGITES SUECICI; v. *Bromell. Act. Lit. Suec. MDCCXXVIII. p. 442. 461.* *

* FUNGOS FERENS LAPIS PHRYGIUS. *Merc. Met. p. 147. Biblioth. Ital. Tom. I. p. 135.* *

* FUNGUS GLAPHYRUS, vid. *Glaphyrus.* *

FUNGUS SAXEUS; *Worm. Muſ. 91. Calceolar. Muſ. 417.* * Fungus lapideus in Nilo natus *C. B.* Steinerner Schwam. Fungus lapideus major undulatus. *Sloane It. Jamaic. I. Tab. 18. f. 5.* v. *Mem. de l' Acad. 1700. p. 31.* *pol.* Grzyb kamienny. *

* FUNGUS LAPIDOSUS ex pluribus tenuibus & acutis plicis, centrum ambientibus &c. In pluvia dealbatur, in littore autem griſeus & obtuſus. *Val. Muſ. Muſ. Tab. IX. fig. 2.* *

* FUNGULUS PYRIFORMIS lapideus; *Scheuchz. Spec. Lith. p. 5. fig. 8.* v. *Alcyonia.* *

GÆO-

G.

GÆODES v. *Geodes.*

GALASIA v. *Chalazias* * Silex. *

GALEATULA, inter Fossilia effigiata anomala. *Luid. n. 1759.*

GAMAICU. v. *variolatus Lapis.*

* GAMMAROLITHI. Gammari dicuntur Cancri; cancri autem sunt corpore fere circulares. *

GARANTRONIUS v. *Bufonites.*

GELOSIA v. *Chalazias. Silex.*

* GEMONIS *Mercati* vel Pæanites *p. 267*, videtur esse ex eorum lapidum genere, qvos ventri crystallini appellat *Imperatus.* *

* GEMSEKUGEL-FOERMIGER STEIN, v. *Ægagropila.* *

GENU lapideum; *Calc. Mus. p. 412; pol.* Koláno kamienne.

GEODES: Aëtites-Geodes, γειόδης, γαιώδης; Aëtites primus *Plinii L. 36. c. 19.* Aëtites femina *Schwenkf.* **Erdstein.** Aëtitæ species, in cujus medio continetur terra, marga vel argilla.

GHIANDO: *Ital.* v. *Judaicus lapis.*

GINGIBERIS radices lapideæ. *Calc. Mus. 403.* * *in Mus. Klein.* ad Stalagmitas redactæ; *pol.* Imbier Kámienny. *

GLANDELLARIA; Ichtyodos minimus, eburneus, glandulari capitello insignis. Ichtyodos cuspidatus *Luid. n. 1353.*

* GLAPHYRUS, fungoides ex genere Stalactitarum; *Merc. Metall. p. 259*, ib. figura. *

GLOMELLARIA spongiosa, pillulum qvoddam osseæ substantiæ, pruni minoris magnitudine, foramine in medio pertusum, inter lapides corallinos *Luid. n. 110.*

* GLOMUS fili lapideus; *Calceol. Mus. 414; pol.* Kłąb kamienny. *

GLOSSOPETRA; Lingua Serpentis; **Natterzünglein, Nagelzungen. Otterzünglein; sind nichts anders als** dentes Lamiorum & aliorum piscium, * imo & dentes Lucii s. Esocis Plageoplatei, cujus mandibulam cum dentibus ita immutatis circa Gedanum inveni, ut crederes Glossopetras sive Ichtyodontes, qui rostra Turdorum nigrorum vocari solent, ubi solitarios invenires * **Donnerkeil**; pietra di Tecono *Ital.*, sive Ichtyodos cuspidatus, *Luid. p. 63.* * conf. *Joan. Reiskius de Glossopetris Luneb.* — *Aldr. Mus. Met. p. 661. & 611.* — *Geierus de Gloss. Alzein. & melitens. Boccone Rech. p. 297. 314. seq.* — *Lang. Lap. fig. p. 49.* Reiskius & Geyerus Glossopetras lapides sui generis, perperam, statuunt; Conf. porro *Fab. Colum. Dissertat. de Glossop.* item *Nic. Stenonis Spec. Elem. Myolog. p. 90.* ubi de

de Canis Carchariæ capite a ſe diſſecto differit; *Mercati met. p. 332. ſeq. Mem. de l' Acad. 1723. p. 209; pol.* Język kamienny. *

* GLOTTOIDES v. *Zoomorphytæ.* *

GRACIRRHYNCHUS; Gloſſopetra roſtrum Corvinum referens, auriculata; Crampſtone *Angl. Luid. n. 1260.*

GRAMINUM FOLIA lapidibus impreſſa. *Luid. p. 108; pol.* Trawne liśćie wkamieniach wyrażone.

GRANDINIS LAPIS, v. *Chalazias.*

GRUBSTONES Northamtonenſibus dicuntur Nautilitæ (Cornua Ammonis) tarſi e minoribus articuli. *Luid. n. 305.*

GRYPHITES; Conchites latiuſculus, longiroſter; a roſtro adunco ita dictus. *Luid. n. 473.* * Agueshell. *Id. n. 480.* *

H.

* HAARBALLENSTEIN. v. *Ægagropila.*

HABICHTSTEIN. v. *Hieracites.*

HÆRATULA; Oſtracites, minoris longiuſculi ſpecies, ſic dicta, qvod aliis Saxis, vel lignis foſſilibus aliqvando adhæſiſſe teſtentur juncturæ qvædam veſtigia. *Luid. 501.*

* HALCYONIUM. v. *Alcyonium.* *

HALOTESSARA; lapis ſpecularis teſſellatus. *Luid. 21.*

HAMELLUS; teſtaceum ignotum, ita dictum, qvod hamulum Sagittæ nonnihil referat, & videtur eſſe pectinis Anſula vel Auricula. *Luid. n. 609.*

HAMMITES v. *Ammites.*

HAMMONIS CORNU / LAPIS } v. *Cornu Ammonis.*

HEXAGONUS LAPIS; cui ſex ſunt Anguli; *Lachm. Oryct. p. 58.* * *pol.* Sześć węgielny kamień. *

HIERACITES, Habichſtein, alternat totus nigricans velut milvinis plumis, eſtque ſimilis ſpecie & colore accipitrum mollioribus pennis; *Agricol. Foſſil. L. 5.* * *Aldrovandi* tres differentiæ *Muſ. Met. p. 445.* omnino ad Conchitas pertinent; *pol.* Jaſtrębi kámień. *

HIORNASTEEN, *Dan.* v. *Aëtites.*

HIPPOCAMPUS MARINUS, major, in lapide fiſſili conſpicuus; *Boccone Muſ. di Fiſ. p. 281; pol.* Konik morſki wkamieniu.

HIPPURITA; Lapis cui Equiſeti effigies eſt impreſſa. vid. *Diſſert. Scheuchz. de Dendrit. p. 62.*

HIPPU-

* HIPPURITES CORALLINUS FOSSILIS. Hippurides *J. & C. Bauh.* Corallium littoreum *Cluſ. Exot. L. VI. c. VIII. p. 124.* Nonnunqvam ſpecimina, in primis Gothlandica, eorumqve fruſta valde craſſa obveniunt, Hippuridis faciem ferentia : inter illa qvædam fungorum more vel ſolitaria vel coadunata; nonnulla radici Bryoniæ videntur ſimilia; Alia ramoſa alia ſurculoſa; omnia geniculata. *Luidius* in denominandis Hippuritis valde ludit, aliqvando a Columna Columellum, eumque acute conicum facit, baſin pro apice ſumens. Dantur & crateri-formes & in vertice Conici; horum ſurculi impliciti ex tenui principio, ſuperſtructis geniculis irregularibus, conice ampliantur in baſin concavam leviter radioſam, qvorum ſpecimina integra qvo ſunt rariora, eo frequentiora ſunt eorum fragmenta, ſub *Ceratitarum*, *Columellorum*, *calicum* nominibus hactenus indigitata. *

* HIRUNDINIBUS SIMILES LAPIDES. v. *Lapides &c.* *

HISTRICIS SPINÆ. v. *Baſtoncelli* * Hiſtricis i. e. Echini marini. *

HODENSTEIN, v. *Enorchis.*

HOLOSTEUS. v. *Oſteocolla.*

HOPLITES; Hoplita; Lapis * quiscunque * indutus armatura ferri politi aut æris ſimili; **ein mit Eiſen - oder Meßing-farbenem Harniſch überzogener Stein.** *Lachm. Oryct. p. 20.* Merentur qvoqve hoc titulo inſigniri Conchytæ, Cochlitæ, alii lapides figurati, qui armatura argentea vel alia qvadam, veluti margaritarum ſplendore, ſunt obducti, teſta, * aliqvando * gemina adhuc tecti. * Sic in *Muſ. Klein.* haud rari ſunt pectines & pectunculi hoplitæ argentei; Ammonis cornua, Nautilitæque hoplitæ; conf. *J. B. de aq. med. fig. 7.* vid. *Chryſammonites.* *

HUMERALE; Locuſtæ cujusdam foſſilis minoris armaturæ dorſualis ſegmentum anterius, *Luid. n. 1256.*

HYSTERAPETRA, Hyſterolithus; Lapis nigricans * vel ferrugineus * durus, qui muliebre pudendum * cum Nymphis * exprimit. *B. de Boot L. 2. c. 225.* * & paſſim autores; Venus Stein; vid. Obſervat. *Eph. N. C. G. Cent. III. p. 221;* pertinet ad Conchylia, cujus prototypon adhuc deſideratur. *

I.

IACEÆ capitulum lapidi fiſſili impreſſum, *Luid. p. 108.*

JACOBS-MUSCHELN, v. *Pectinita.*

JASPIS, ἴασπις, **Jaſp, Jaſpis.** *Angl. & Gall.* Jaſpe. *Ital. & Hiſp.* Diaſpie. Non eſt omnis Jaſpis præſentis conſiderationis, ſed illa, qvæ figuris variis, a natura ei impreſſis, ludit. In Imperatoris Rudolphi II. ſcriniis vidit *B. a Boot L. II. c. 103.* Jaſpides quosdam, nemora, paluſtria loca, arbo-

arbores, nubes & flumina ita naturaliter referentes, ut procul aſpicienti non lapis, ſed pictura putata fuerit. Delineat qvoqve Jaſpides varie figuratas *Kircherus mund. Subterr L. 8. p. 28.* * *pol.* Jáſpis. *

ICHTYODONTES cuſpidati ſunt foſſiles quicunque piſcium dentes inciſores, uti Gloſſopetræ *Luid. p. 63.* * vid. *Epit. Tranſact. Phil. II. 509. Pol.* Zęby rybie przednie kamienne. *

ICHTYODONTES ſcutellati, *Luid. p. 69;* dicuntur molares cujuscunque generis piſcium dentes, ſive ſint orbiculati, umbonati, ſcaphoides, ut bufonitæ, ſive anguloſi, ut Rhombiſcus, ſive leguminum fructus referant, ut Siliquaſtra. * Ultimum, ſcilicet ſiliquaſtrum, non placet, qvod dentium fructivororum & fructuum maſticandorum diverſa omnino ratio eſt. *Pol.* Zęby trzonowe. *

* ICHTYOLITHUS idem qvod Ichtyomorphos. *

ICHTYOMORPHOS; Inter alios: Lapis Islebianus, & Bottendorfenſis; piſcis figuram referens. *Aldr. Muſ. Met. p. 101.* * Manbacenſes plerumque ſunt reniformes nigri, de qvibus *Volckm. Sil. 256.* de Islebianis *Mylius Sax. ſubt. Relat. I. Worm. Muſ. p. 38.* von Kupferſuhl *Myl. ib. p. 57.* Nigri ſciſſiles & Sanderhuſani Haſſiæ & Helvetiæ; albi: Bavarici, Eichſtedtenſes, Bottendorffenſes, Irmenshoffen-Pappenheimenſes, Langen-Oldenſes & qui plures; ex ultimis in gratiam Nomenclatoris tres ex catalogo noſtro recenſebimus: Ichtyomorphos lapis ſ. Ichtyolithus, piſcis flavo rufus exaridus, & ſinuoſe incurvatus in tabula ſciſſili alba, cui & ſtellulæ marinæ rariores in mumia inhærent, vulgo Spinne vel Aranea, ſed perperam. Tabula magna, quadrata, in cujus medio egregia piſcis grandioris mumia eminet, inter pluſcula ſtellularum marinarum ſchemata, qvarum major proxime accedit ad ſtellam marinam alteram δεκαδυακ]ινοειδῆ *Fabii Columnæ Piſc. aliqv. Hiſt. p. 13.* Tabula cretacea, in qva glutinoſa piſcis magni & compreſſi materia, nullis forte deperditis ſquamis, diſturbatis licet ſed compactis, ſuperficiei inhærens & ſpinas intercipiens, præſertim cauda integra & ex nativa figura ac ſubſtantia oſſea agnoſcenda. Specimen prorſus rarum, de violento aqvatilis animalis ſtatu præterito non ſolum, ſed qvoqve de ſepulchro cretaceo, omnem lapidificum ſuccum abſorbente, & reliquias piſcis in mumia conſervante, oculariter teſtans. Aliis dicitur Ichtyites, **Stein darauf Fiſche abgebildet;** *pol.* Ryba w kamieniu. *

ICHTYOSPONDYLI nuncupantur *Luidio p. 82.* vertebræ piſcium foſſiles, cujuscunqve ſint materiæ, figuræ & magnitudinis * vid. *Epit. Tranſact. Angl. II. 510. V. b. 139.* *

ICHTYOSTEON v. *Ligonella. Bacillus.*

ICHTYITES, v. *Ichtyomorphos.*

IDÆUS DACTYLUS v. *Belemnites.*

INFUNDIBULUM; Lapis infundibuli forma; inter effigiatos foſſiles

foſſiles anomalos. *Luid. n. 1750.* * *pol.* Kamien na kſztałt nalewki; partim ad fungitas partim ad Hippuritas referendum. *

INGEMMAMENTI, *Ital.* Ingemmamenta *Laet.* v. *Fluores.*

IRIS, cryſtalli ſpecies eſt, qvæ applicata fronti, Iridis colores exhibet. *B. de Boot p. 219.*

ISIDIS LAPIS, multimammeus v. *Echinites*, * explicandus, qvod Iſis pro natura naturante Ethnicis ſumpta a Capite ad Calcem multimammea, qvalis modernis Adeptis amictu ſimili apparet. *

ITEITA v. *Frumentarius Lapis.*

JUDAICUS LAPIS. Lapis Syriacus; Phœnicites; Pyrene; Eureos; Tecolithus; Oliva lapidea; **Judenſtein; Olivenſtein; ſteinerne Oliven;** Ghianda *Ital.* Radiolus *Luid. p. 49.* * *Klein de Echin.* Sicites, a varia figura; glandarius, cucumerinus, belemnitam referens, Cylindroides, toroſus. Judaicus ſtricte, eſt lapis olivæ ſpecie ſubrotundus, vel ſublongus, areis, ſecundum longitudinem diſcurrentibus, punctatis. Non ſunt, niſi claviculæ, alias radioli, deciduæ, petrifactæ, Subſtantiæ ſeleniticæ propinquæ, Echinodermatum; *pol.* Kamien żydowſki. *

JUDENSTEIN v. *Judaicus lapis.*

JUNCUS LAPIDEUS *Mercati* a Millepora *Imperati* vix differt.

K.

KAMMSTEIN v. *Pectinites.*

* KERATOPHYTA v. *Aparina Corallina.* *

KERRIGYSKTOR, ſ. Oreadum lapilli in Agro Flintenſi (Angliæ) vocantur Entrochi cylindracei varii, læves & nodoſi, coloris exalbidi &c. *Luid. n. 1154.* * Collatis Entrochis cum trochis, Entrochi mente non concipi poſſunt, niſi cylindracei, i. e. ex trochis in cylindros ſurgentibus. *

KLAPPERSTEIN v. *Aetites.*

KNOCHENSTEIN v. *Eneoſtos.*

KREISSTEIN v. *Numismalis lapis.*

KRIECHSTEIN; Lapis repens; Aſteriæ ſpecies; **welcher, wenn er in Eßig geleget wird, hin und her kriecht, daß man meynen ſolte, er lebe.** *Muſ. Brakenh. p. 9.*

KROPSTEIN; Strumei lapides, qui Strumorum figuras referunt; *Geſnerus de fig. lap. p. 148.*

KROETTENSTEIN v. *Bufonita.*

KUEMMELSTEIN, KUMMIGSTEIN v. *Frumentarius lapis.*

L.

Λαγȣ́ριον. v. *Belemnites.*

LAMNIUM ſquamulatum ſ. cinereum, ſubaſperum, littorale. *Luid. n. 1599;* inter Xyloſtea.

Λαγγȣ̀ριον v. *Belemnites.*

LAPIDEFACTA v. *Petrefacta.*

LAPIDES quicunque, in qvorum ſuperficie plantarum, foliorum, florum, animalium, turrium, rupium &c. imagines ſunt impreſſæ.

LAPIDES HIRUNDINIBUS SIMILES, in monte Xeyer prope Hengchen in China; poſt pluviam delapſam inveniuntur, & a medicis Chinenſibus pro medicina uſurpantur. *Neuhoff* Siniſche Reiſe-Beſchr. *p. 318.* * Sunt omnino ludicra & fruſtrationes; habemus lapides Sinenſes, inter qvos & Philoſophus aſino ineqvitans, doloſa, læviſſima licet, pictura, cujus Schema vid. apud *Kundmannum Rar. Nat. & Art. Tab. VII. f. 4.* Nuperrime a Reverendiſſ. Patre Priore Conventus Olivenſis Dn. *Ywo Roweder* ſimilis lapis ſinenſis, cui Equus Luneburgenſis inſcriptus, in muſeum noſtrum depoſitus; nec mirabilia videbuntur, cui ars marmoribus inſcribendi nota; ſunt ejusmodi lapides inſcripti ſilices vulgares littorales. Aliter ſe habent famati luſus humani Virceburgenſes Beringerii, qvorum pariter exempla in Muſeo noſtro proſtant. Lapides hirundinibus ſimiles. *pol.* Kamienie na Kſztalt Jaſkołkow. *

* LAPIS ACULEATUS, ſ. aculeoſer; vulgo Hetruriæ: Agaroivole; aculeis tenuiſſimis acus ſimilitudine, in longitudinem grani hordei, in cavo; materia foris ſaxea. *Merc. Metall. p. 270.* vid. *Aculeatus lapis.* *

* LAPIS CORNEUS; huc pertinet, qvatenus ſæpiſſime figuratus eſt, imo polymorphos. Eſt lapis duriſſimus, diverſimode coloratus, prout cornua variant. Achatem dixeris, ſequioris ſexus, ob ſemidiaphaneitatem & amœnitatem, ubi politus; Rudis in fragmentorum aciebus perſpicuus. Communis ejus uſus, qvod attritu ad Chalybem in ſcolopetis & culinis ignem excitemus. Vulgatiſſimus, coloris ex nigro leviter cinerei ſtricte dicitur culinaris, idemque eſt cum Vitro foſſili *Imperati p. 786,* qvod facile in fluorem verti poteſt, unde pſeudachatæ fiunt; nonnullis Pyrites culinaris audit ad differentiam Pyritæ mineralis vel Marcaſitæ; conf. *Buttneri Corallogr. p. 27.* qvi ſibi in mentem induxit geneſin Coralliorum hunc lapidem habere. *Wormius* vocat Pyrimachum, quo nomine *Imperatus* alium inſignivit lapidem *p. 780.* v. *Silex.* *

* LAPIS JUDAICUS v. *Judaicus lapis. Acicula. Clavicula.* *

* LAPIS REPENS v. Kriechſtein. *

* LAPIS SARNIUS v. *Sarnius lapis.* *

* LA-

* LAPIS SEMINARIUS, ποικιλόσπερμος, a ſeminum varietate. *Merc. Metall. p. 285. ſeq.* Pietra naturalmente ſcolpta in figura di frumento, o ſemi di legumi *Imperati* v. *Frumentarius lapis.* *

LAPIS SERPENTIS, in ſpiram revoluti, effigie. v. *Cornu Ammonis.*

LAPIS CAUDAM FELINAM, vel alterius animalis referens, ex plurimis articulis conſtat, ad cujus articulationes plurimæ in ambitu ſtriæ; *Merret. Pin. rer. Brit. p. 216.* * Forſan Hippurites corallinus foſſilis. *

LAPIS INDICUS, figura nuclei pinei *Worm. Muſ. p. 295*; * coloribus cum Achate certat; eſt clavicula; potius ſpatula Echini marini mammillaris in Achatem verſus; *pol.* Jądro kamienne. *

LAPIDES qvorum maculæ referunt inſignia Rothomagi. *Monconys Voy. Tom I. p. 22.* * conf. *C. G. Fiſchers* Muthmaſſungen vom aufgehenden Mond ꝛc. *

LAPIS FIGURA PINEARUM. *Worm. p. 376.* * *pol.* Kamień ſoſnowy. *

LAPIS, in qvo Eremitæ figura. *Kircheri Mund. Subt. L. 8. p. 30.* * *pol.* Kamień Puſtelnikowey poſtaci. *

LAPIS, in qvo natura depinxit hominem agreſtem Tibias inflantem, *Nov. Lit. mar. Balth. 1699. p. 117.* * & plures lapides ſuis locis evolvendi. *

LATRUNCULUS; Ichtyoſpondylus compreſſior, figura è circino paululum ovata. *Luid. n. 1612.*

* LEERPENNINGER, *ſuecis*, i. e. Nummi Argillacei; alii triangulares, ſcutati, ovales; alii ſimplices, alii duplices, alii mammas, alii calceos Finnicos repræſentant. *Leopold. Rel. Epiſt. de Itin. Suec. p. 104*; proprie dicuntur Leerpenninger, qvi nummorum ad inſtar plani ſunt & rotundi. *

LEPIDOTES; malleatula piſciformis; inter lithophyta. *Luid. n. 208.* * *pol.* Łuſkawy kamień. *

* LEPIDOTES à λεπὶς, ſquama *Mercati Met. p. 315.* Hunc inter Stellares connumerat *Boccon. muſ. di piante rare Tab. 32.* ſub nomine: Sellaria punctata minima, Lepidotes dicta. *

LEUCOPHTALMOS. v. *Ommatias.*

LIGNUM FOSSILE, qvod ſcilicet ipſius Diluvii aliarumve inundationum exhibet reliquias, vel ita ſub terra gignitur. * *pol.* Drzewo kamienne. *

LIGNUM PETREFACTUM, lapidefactum. Lithoxylon *Luid. n. 1211.* Holtz, ſo in Stein verwandelt.

LIGNUM STUPPOSUM, pumicea raritate leviſſimum. *Luid. n. 232.*

LIGONELLA; Ichthyosteon, fusum rubrum, vel palam nonnihil referens. *Id. n. 1582.* * *pol.* Motyczka. *

LILIENSTEIN v. *Encrinos.*

LIMACULUM; siliquastri tortilis gibbosi varietas ad triangulare minus accedens, ob extremum alterum qvasi oblique resectum, ita dicta. *Id. n. 1487.*

LINGUA SERPENTIS v. *Glossopetra.*

* LINSENSTEIN, *Phacolithus.* *

LISTRONITES; Strigosula major rostellata; inter bivalvia testacea. *Luid. n. 550.*

LITHO CARDITES. v. *Bucardites.*

LITHOGLOSSUM ad Lithophyta refert *Luid. n. 210.*

LITHOPHTALMOS. v. *Ommatias.*

LITHOPHYLLON notat omne seu arboris seu plantæ folium lapidibus impressum.

LITHOPHYTON *Luid. p. 11.* cognominatur omne fossile, qvod plantarum quascunque partes, folia, fructus, ligna refert. * Nobis denotat ipsas Plantas marinas corallinæ s. lapideæ vel duræ substantiæ; Stein-Pflantzen; Corallen-Gewächse. Si fossiles, audiunt Corallopetræ, vel nominibus suis propriis appellantur; v. *Corallopetra*; *pol.* List wkamieniu. *

LITHOPTERIS; Trichomanes, pinnulis longioribus. *Luid. n. 186.* v. *Lithotrichomanes.*

LITHOSMUNDA. Filix mineralis. *Luid. n. 188.*

* LITHOSTEA, sunt ossa fossilia, petrefacta. *Mus. Kl.* v. *Ossa. Mammotsknochen.* *

LITHOSTREON v. *Ostracites. Auricularis lapis.* * *Lithostreon Brunii; le Brun. voy. au Levant. Tom. II. 4to p. 480.* * dedimus ejus historiam de ostreis petrefactis illustratam ad Acta Soc. Reg. Londin. *

LITHOSTROTION; Basaltes minimus striatus. *Luidii p. 122.*

* LITHOTHAMNI fossiles sunt plantæ marinæ lapideæ, corallinæ substantiæ, fruticum instar ramosæ; rami sive sint solidi, sive cavi, hiqve iterum vel fistulosi, vel oculati, vel pyxidati, vel abrotanoides. *

LITOTRICHOMANES. Trichomanes minerale *Luid. n. 191. 198.* v. *Lithopteris.*

LITHOXYLON. v. *Lignum petrefactum. Multifora. Scopula.*

* LITUITES *Breynii*; lapis in Cavitatibus Litui sub terra genitus, tum externam ejus figuram tum internam organicam fabricam referens; (hinc, ni fallor, Lituites non in cavitatibus ortus, sed Lituus totus in lapidem versus, ita ut & thalami ejus materia lapidea repleti) Lituus autem

tem Clar. Autori appellatur Conchylium Polythalamium, a baſi primum in lineam fere rectam extenſum, dein vero in ſpiram externe apparentem convolutum; adeoqve qvaſi ex orthocerate & Ammonia compoſitum; *Breyn. de polythalamiis p. 25. Kl. de Tubulis marinis p. 10.* audit: Tubulus Concameratus apice ſpiræ modo intorto. v. *Tubulus concameratus.* *

LOCULARIA ARGILLOSA; an forte Bufonitarum mandibula? *Luid. n. 1525.* * Bufonites. Oculus ſerpentis. *

LOCULARIÆ CONGENER. v. *Argus.*

LUCERNARIA; Acanthiodonti affinis, ſtriata lamella; eſt figuræ qvodammodo quadratæ, teſtudinis operculi fragmentum referens, inſtar Rhombuli laternæ pellucidæ, unde ei nomen. *Luid. n. 1435.*

LUCHSSTEIN v. *Belemnites.*

* LUMBRICATUS LAPIS v. *Erotylus.* *

* LUNA CORNEA *Bromellii*; Lapis Amianthiformis. *Leop. Rel. Ep. p. 102.* *

LUNÆ NOVÆ FIGURA; lapis a lunæ creſcentis & corniculatæ forma, qvam repræſentat, ita dictus. *Lachm. Oryct. p. 34.* v. Tephrytes. * conf. *C. G. Fiſchers* Muthm. vom aufgehenden Mond mit der Ueberſchrift L. V. R. *

* LUSUS HUMANI. v. *Lapides hirundinibus ſimiles.* *

* LYCHENITES, *pol.* Kamień ogniſty. *

LYCOPHTALMOS v. *Ommatias*; * *pol.* Wilczooki. *

LYCOPODIUM lapidi impreſſum, *Luid. p. 111.*

LYNCURIUS, λυγκούριον, λυγγούριον, λυγύριον Lyncis lapis. v. *Belemnites.* * Ante aliqvot annos alicui in mentem venit, Belemnitas, Lyncurios dictos, Limacibus originem ſuam debere, imo Limaces potius eſſe petrefactos; hanc ſententiam multis argumentis probatam reddere allaboravit in literis ad me datis; ſed, cum nulla conjectura facienda eſt de hac re plane ſingulari, eadem facile ſuperſedi. *

M.

MADREPORA foſſilis, *Luid. 104.* * Madreporæ nomen primus, ni fallor, Imperatus, hiſtoriæ naturali intulit, forte poros tubulis, qvaſi matricibus, incluſos ſignificaturus. Poſt ipſum variorum variæ deſcriptiones; *J. Bauhino 3. 806.* Coralliis affines Madræ ſive Matriporæ audiunt plantæ lapideæ ex uno trunco prodeuntes multis cannis, & circa ortum ſibi mutuo cohærentes &c. *Tournefortio J. R. H. 572* Madrepora eſt plantæ genus, fere lapideum, corallii æmulum, in ramulos plerumqve diviſum, foraminibus pervium, interdum ſtelliformibus. *Boerhavio J. A. 4.* Madrepora, cujus natura eſt Corallii, ſed poroſa; — ſic & Eſchara & Tubu-

Tubularia ſunt Madreporæ; illa, inſtar telæ retisqve contexta, hæc: tubulis eleganter coagmentatis conſtans. *Marſilius H. de la mer.* Madreporam a Corallio differre comparit, qvod cortice deſtituatur; ergo præter corallium omnes reliqvæ plantæ lapideæ ſunt Madreporæ, qvod omnes cortice deſtituuntur. *Aſſaltus in Merc. Met. p. 123* Madreporarum ſubſtantiam ſpongioſam eſſe dicit, atqve oſſium ſtructuram propemodum referre; hinc eſt, qvod *pag. 175* & ſpongiam ad Madreporarum genus retulerit; ad qvod etiam lapides Stellares a *Boccone muſ. di Fiſico* & à *Rajo. H. P.* reducuntur. *Linnæo* eſt madrepora Aſtroites vulgi, Lithophyton, cavernulis radiatis excavatum. Qvamcunqve itaqve definitionem adoptaveris, vix conſtabit, qvid ſibi velit nomen: Madrepora; Interim in Catalogo muſei noſtri, qvæ aliis ſunt Madreporæ ſuffruticum facie, nobis audiunt Lithophyta ramoſa poroſa vel fiſtuloſa: Lithophyta ſeſſilia, numeroſis Germinibus coalita: fiſtulis plerumqve anguloſis, conſtanter poroſis & parum in extremitate cavata radiatis, cæterum denſo ſtipatu in latum germinantia, & tali modo plantam ſeſſilem conſtituentia. Reliqva, ſive Pori ſive madreporæ, ſunt Lithophyta vel Tuberoſa, vel Licheniformia, vel Agarici marini vel Fungi. v. *Millepora.* *

* MADREPORA CHAUMONTIANA. *Mem. de l'Acad. 1718. p. 292.* *

MALACOSTRACA; foſſilia ad cruſtacea forcipata referenda. *Luid. p. 61.* * hoc titulo veniunt cruſtaceorum typi. *

MALLEATULA v. *Lepidotes.*

MAMMELLE DI SAN. PAOLO; de St. Paul. v. *Echinites;* * *pol.* Pierſiſty kamie. *

* **MAMMOTS-KNOCHEN** in Siberia, ſunt foſſilia, Denteſqve Elephanti, de qvibus legi merentur *Tranſact. Angl. Vol. XL. p. 124 ſeq.* **Petersburg. Anmerckungen über die Zeitungen** *1730. 5 Octav. cum continuat.* Offenduntur in Siberia Boreali & qvidem in Provinciis Tunguſka Jakutſka, nec non in Dauria boreali, Obdoria, Udoria, Condoria & Usgoria ad prærupta littora fluminum Oby, Jenięca, Lena rivorumqve qvos illa bibunt. Opera ab illis parata ab eburneis dignoſci neqveunt; falſo Oſſa Gigantum. *

MANDELFORMIGER STEIN v. *Amygdaloides Silex.*

MANDIBULA PISCIS foſſilis, bufonitis minimis confertim clavellata. *Luid. n. 1508.* * v. *Oculus Serpentis.* *

MARMOR, non omne huc pertinet, ſed Florentinum illud, Marmo Fiorentino, qvod varias arbuſcularum, rupium, ædium, feneſtrarum &c. figuras exhibet, vel qvodcunqve aliud ſingulari figura conſpicuum

ſpicuum: Sic Ticini in Cœnobio Carthuſianorum (teſte Ambroſino) in marmore qvodam Chriſti Salvatoris in Cruce pendentis & ſpinea corona redimiti ſimulacrum a natura eleganter depictum exhibetur. * v. *Dendrites.* *

MATRICES LAPIDUM figuratorum, ut Cornu Ammonis, Conchitæ &c. ſunt lapidibus vel Argillæ impreſſa eorundem veſtigia, veluti typi. * v. *Ichtyomorphos.* *

MAXILLARIA; inter Xyloſtea. *Luid. n. 1584.*

MECONITES; v. *Ammites.*

* MEDUSÆ CAPUT, v. *Caput Meduſæ.* *

MEGARICUS LAPIS dicitur, qui totus ex conchis ſtriatis vel lævibus, item Ammonis cornubus, conſtat. *Lachm. Oryct. p. 45.*

* MELITES, lignum eſt fraxini petrefactum. *

* MELONES PETREFACTI montis Carmel; vid. *J. P. Breyn. Epiſt. ad Dn. Joh. Anderſon.* *

* MELOPEPONITES. *Aldrov. M. Met. p. 505. ſeq.* *

* MENOIDES v. *Tephrites.* *

MESPILEUS; Pentexoche; lapis colore fuſco, durus, magnitudine Meſpili; dicas meſpilum in lapidem tranſiiſſe. *Cardanus Lib. de Gemm.* * *pol.* Kamień meſplikowy. *

MILLEPORA *Imperati p. 720;* Aſtroites elegantior, cujus Stellulæ totam maſſam permeant; *Luid. n. 160.* * *Linnæo* audit Millepora: Lithophyton poris ſimplicibus pertuſum, ſive Eſchara; Eſt enim & circa hanc denominationem magna diſcrepantia Autorum. vid. *Madrepora.* *

MITYLUS LAPIDEUS. Mityloides lapis. *Calceolar. Muſ. 420;* qvi Mitylum concham repræſentat.

MODIOLUS imbricatus ſtellaris, ſtellæ cujusdam foſſilis, ſquamatæ areolæ centralis, qvinis radiis inſignita, bipartitim imbricatis. *Luid. n. 1132.* * v. *Epit. Tranſ. Phil. II. 511.* Modiolus Stellatus *Scheuchzeri Sp. Lith. p. 10. f. 3. a. b.* *pol.* Kamień na kſztałt koła. *

MOGGIVOLO GIUDAICO *Imperati.* v. *Entrochus.*

* MOLES LAPIDEA in Hibernia, idem ſignificat, qvod Baſaltes. *

MONOCEROTIS CORNU; v. *Unicornu foſſile.*

MUEHLSTEIN; v. *Trochites.*

MULTIFORA. Xyloſteum leviſſimum informe, poris majuſculis permeabile, ſ. lignum incendiarium referens. *Luid. n. 1600.* * An, lignum a ſolenibus lignorum, Boorworms, qvi naves perforant, exeſum, petrefactum? vid. *Sellii hiſt. nat. Teredinis* ſeu Xylophagi Tubulo conchoidis,

& *Massuet. Rech. sur les vers a tuyeau;* conf. *Epit. Transact. I. 596. 678.* potius Lithoxylon multiforum qvam Xylosteum dicendum. *

MURICIS veneris imago fossilis, *Luidio* inter Turbinata. *n. 226.*

MUSCULITES, musculum referens lapis, s. Conchites. *Id. n. 771.*

MUSCHELSTEIN v. *Myites. Pectinites.*

MUSCI SPECIES variæ lapidibus impressæ. *Id. p. 108.* * *pol.* Mechkamienny. *

MUSTRICULA, lapillus minutulum qvoddam Calopodium referens. *Id. n. 1105.*

MYITES cinereus, oblongus, **ein halber langer Muschelstein**; *Lachm. Oryct. p. 41.* * alius, qvi vocatur Myites, in Musculo arenario, Assusen-Passir *Rumphii Mus. p. 151. n. IV. Tab. XLVI. lit. E.* reperibilis huc non pertinet. *

MYTILOIDES v. *Mitylus.*

MYTILO-PECTEN; Pectinites mityloides. *Luid. n. 634.*

MYTILO-PECTUNCULUS lapideus; Solenitæ aliqvatenus affinis, seu potius Mytiloides Soleniformis, pectunculorum instar striatus. *Luid. n. 900.*

MYTILUS, v. *Mitylus.*

N.

NASZELSTEIN v. *Scolopendrites.*

